MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80180-29

AUTHOR:

VOMEL, JOHANN TH.

TITLE:

NOTITIA CODICUM DEMOSTHENICORUM

PLACE:

FRANCOFURTI...

DATE:

1833-34

Master Negative #

91-80180-29

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Vömel, Johann Theodor, 1791-1868.
Notitia codicum Demosthenicorum ... Francofurti a Moen., typis H. L. Broenneri, 1833-34
22½ cm.

On cover: Examina solemnia Gymnasii Francofurtensis ... publice celebranda ... indicit Ioannes Theodorus Voemel ...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm

REDUCTION RATIO: 12x

IMAGE PLACEMENT: IA ~~IIA~~ IB IIB

DATE FILMED: 8/14/91

INITIALS ER

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

VOLUME 1

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. AUCTUMNO.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Ioannes. Theodorus. Vœmel.

Rector et Professor.

I

FRANCOFURTI. A. MŒN. MDCCCXXXIII./36

TYPIS HENR. LUDOV. BRŒNNERI.

Notitia Codicum Demosthenicorum I.

Demosthenici codices nondum universi recensiti sunt eorumque descriptio in Praefationibus disjectis ac vitiosis et Catalogis rarissimis ac molestis tam neglecta jacet, ut etiam nuperrime quidam notas diversas eorundem codicum tanquam diversorum auctoritatem idque non semel copularit. Quantopere talis negligentia judicium de lectionis veritate impediat, neminem fugit. Quod quum animadvertissem, impulsus sum, ut nunc notitiam codicum Dem. Græcorum ederem, quanquam eos omnes secundum classes et familias disponere non possum; si quidem unquam quisquam possit. Sunt enim ii codices non solum permulti partim non examinati partim nimia cum socordia excussi, sed etiam diversissimi: uno omnium longe præstantissimo excepto, reliquorum alii diversis sæculis exarati et uno volumine compacti; alii de malo exemplari descripti, sed secundum bonum aliud correcti; alii de correcto repetiti, ita tamen, ut iidem depravatam lectionem nonnunquam repetant, alii utramque, et bonam et malam miro quodam modo et continua linea conjungant; alii in aliis orationibus ex aliis exemplaribus exscripti sunt. Ita factum est, ut pessimi nonnunquam cum præstantibus conspirent, et optimi falsa exhibeant. Quæ qui reputaverit, nos non vituperabit, quod non arctius quam in quinque sexve classes codices circumscripsimus nec sine timore atque hæsitatione ita fere ordinavimus:

Σ

Corr. F (cum corr. Bavarici), corr. *Φ*. *Υ*, *Ω*.

F (cum Bavarico), *Φ*, *α*, *β*, *γ*, *δ*, *k*, *u*, *t*, *p*, *r*, Qq, E, Kk, Rr, Vict. a, Vict. b, Vind. 1, Augg. 1, 4, 5, Barocc. 1, Guelph., Dresd.

ε, ζ, η, ϑ, ο, φ, Obsop., Aug. 2, A, C, P, R, S, T, U, V, Z, Bb, Ii, Vind. 4, Rehd., Harl., Harris., Laud., Goth.

Venetus, unde App. Francf., Lindenbr., Lessing., Ald. Tayl., Bodlei. et pars Weimar.

Vict., Vind. 3, Aug. 3, Bern., Meermann.

Qua cum tabula cf. judicium Taylori in Reiskii Præfatione Orr. Grr. Vol. I p. LVII. et Reiskii judicium ibid. p. LXVII.

Præterea Indices, qui nominantur, veterum Editionum ex Aldi et Feliciani codicibus manarunt. De iis primum videtur esse dicendum; deinde commodum est secundum ætatem Editorum recentium describere codices reliquos et post Conspectum notarum diversarum meos codices exponere; denique codices nondum collatos recensere.

De Indicibus veterum Editionum.

Aldus Manutius Carteromacho græcarum latinarumque literarum peritissimo (Jœcher. s. v.) operas regente et folia typis expressa inspiciente a. 1504 Venetiis fol. primum Demosthenis orationes et exordia edidit e tribus codicibus, unde ad calcem operis adjecit lectionis varietatem, inscripto titulo: *Διαφοραὶ, ἅς τινας ἐν ἑτέροις εὕρομεν ἀντιγράφοις.* Hunc Reiskius dixit *Indicem Aldi*, Taylorus *Mss. Aldi.* Tres autem fuisse primi Editoris codices manu scriptos ipse auctor est in Indice ad Tom. I p. 155 lin. 10: *τρία γὰρ εἴχομεν* sc. *ἀντίγραφα.* Qua vero socordia hic Index confectus sit, ex eo intelligitur primum, quod in textu asterisci sæpe appositi sunt ad Indicem ablegantes, quibus in Indice nihil respondet, etiam recurrunt illa signa in aliis Editionibus pari negligentia; deinde repetita est nonnunquam in Indice illa ipsa lectio, quæ in textu invenitur. Hæc pauca præmonenda erant, plura largiente Reiskio Præf. p. IV sqq.

Ejus operis quum pauca exemplaria expressa et cito distracta essent, postea, fortasse decennio præterito, quanquam eundem annum titulus ostentat,

Aldus primam Editionem iisdem typis et eadem forma minus quidem splendide, sed emendatius repetiit.

Priore Aldinâ usi sunt Obsopoeus, Mounteneius, Taylorus; ego posteriore; utrâque Reiskius et Rüdigerus, in quorum fidem prioris lectionem adjungimus.

Herwagiana 1ª, 1532 Basileæ fol. Aldinam 2ªᵐ secuta est aliquanto correctior non ope manu scripti, sed Indicis Aldini et ingenio docti alicujus, fortasse Jacobi Ruberi Virodunensis, de quo vid. Gesneri Bibl. s. v. Jacobus Ruberus, aut operâ Ioannis Oporini, neque vero Erasmi, qui tantum est præfatus. Nonnunquam ad priorem Aldinam hæc Herwagiana reficta est. V. c. Halonn. quidem p. 86 R. §. 37, ubi in Ald. 2 et Herw. 1 deest *πότερος*, quod inest in Ald. 1. At Phil. II p. 70 R. §. 16 Herw. 1 secundum Ald. 1 *ἅ τις*, ubi Ald. 2 et ejusdem Index *ἄν τις.* Plura exempla hæc sunt:

	Ald. 2.	Herw. 1.
Olynth. II §. 25 extr.	ὁ χθόνος ἅπας	ὁ χρόνος ἅπας
. . . . . §. 28	ἰδίᾳ, quod repetit Ind.	ἰδίους, in Ind.: ἰδίᾳ
. . . . . §. 29	ταῦτας, de quo vid. Reisk. et Rüdig. ad h. l. p. 26, 20.	ταῦτας
Liban. Arg. Olynth. III med.	τιμωρίσασθαι	τιμωρισασθαι
. . . . fin.	τέος	τεος
Olynth. III §. 29	κοινῶμεν vitiose	κοινῶμεν
Liban. Arg. Phil. I	λεγω vitiose	λεγων
Phil. I §. 20	λάγοι	λεγω
Liban. Arg. Pac.	Φωκιον	Φωκίων
Pac. §. 22	ἔμελον	ἔμελλεν
Halonn. §. 41	σφετρίζεται	σφετερίζεται
. . . . §. 43	ἀμφισβητίσημοι	ἀμφισβητίσημον
Chers. §. 2	ὑγοῦμαι	ἡγοῦμαι
. . . §. 15	εἰκεῖ pro ἐκεῖ	εἰκεῖ
. . . §. 17	αὐτοί	αὐτοι

Ald. 1: *αὐτοῖς.* Index omnium *αὐτοῖ;*

Ergo Herw. 1 non omnino repetita est ex Ald. 2, id quod etiam nuper contenderunt. Nec *Tabula varietatis* sive Index prorsus idem est qui Index Aldinæ, id quod affirmaverat Reiskius Præf. p. X; sed est emendatior quam Aldinæ utriusque et per Aldinam priorem paulo ditior quam Index Aldinæ posterioris, cujus exemplum Gottingensi Bibliothecâ conservatum cum meae Herwagianæ 1æ exemplari contulimus. Novi nihil addit; sed præter farraginem annotationis ab Ioanne Oporino (vid. ejus Editionis extremum folium, et Gesneri Bibl. s. v. **Ioannes** Oporinus, etiam Morhof. Polyh. Vol. I p. 962) præcipue e Budæi commentariis collectam et ad Indicem adjectam Herwagiana 1a habenda est pro Aldina repetita paulo correctius, attamen modo cum iisdem mendis modo etiam cum novis.

Felicianus Venetiis ex officina Francisci Bruccioli 1543 Voll. 3 in 8° Aldinam „collectis quibusdam antiquis codicibus" ut legimus in Dedicatione, ceterum illis ignotis recognovit atque emendavit ejusdemque Aldinæ Indicem auxit. Ex uno fonte tres rivuli ducti sunt. Nam eâdem formâ totidemque voluminibus primum Herwagiana 2a Hieronymo Wolfio curante Basileæ 1547, deinde Paulina Paulo Manutio corrigente Venetiis 1554 ex una Feliciana derivatæ sunt cum ejusdem Indice. Dicit quidem Paul. Manutius se suam Editionem cum optimis codicibus comparasse, at ea non differt a Felicianâ nisi quod mendis aucta est, et Index ubi auctus esse videtur, apparent spolia vel vitia Indicis Aldini vereque est longe exilior; τὰ δοκιμώτατα ἀντίγραφα, quæ commemoravit Paulus, intelligo esse codices Aldi patris et Feliciani.

Aldini et Feliciani Indicis varietatem Augerus sic notavit: „Ald. et Fel. v." Si pro diversa auctoritate, erravit; magis etiam errat, qui Herwagianæ et Paulinæ tabulas varietatis iis addit. Nam hi omnes Indices ex Aldina repetiti et per solam Felicianam vere aucti sunt. Accedit quod neuter notas diversorum codicum adpinxit.

Denique, si dicendum est quod sentio, etiam **Wolfiana** maxima Basileæ 1572 ex eadem Feliciana formata est. Adhibuit quidem Wolfius

Obsopoei Castigationes, quas hic secundum codicem manu scriptum (judice Obsopoeo) „admirandæ vetustatis" et e *Pannonia* sibi oblatum ad Aldinam 1 corrigendam a. 1533 4° ediderat, et quas ille ad calcem Editionis suæ recudi jussit. Nunc deperditus est codex; nescio enim quid Reiskio persuaserit (Praef. p. LV) illum Pannonicum in Bibliothecam Caesaream Viennensem esse illatum. Viennenses quidem cum Pannonico non consentiunt. Adhibuit Wolfius etiam Augustanum 1, at demum opere confecto diversam lectionem in Augustano per Simonem Fabricium hominem doctum, gnavum et fidum (Reisk. Praef. p. LXV) excerptam ad calcem adjecit. De illo Melanchthonis discipulo vid. I. Alb. Fabric. Centur. Fabricior. I p. 69. In textu emendando nulla, ut videtur, codicis manu scripti ope adjutus est Wolfius nisi forte raptim inspiciens. Hoc teneamus, ne nos in errorem seducat et fuco novae auctoritatis decipiat. Namque sub specioso ejus titulo vulgaris ille Index deprehenditur sic inscriptus: „Variae lectiones totius operis Demosthenici e quatuor diversis codicibus collectae." At codices non manu scripti, sed typis expressi intelliguntur, et quatuor illi sunt Aldinae, Felicianae, Herwagianae et Paulinae Indices, quos Wolfius pro lectoris commodo in unam copiam conflavit. Item aliis Variantibus haec praeposuit: „Annotationes, in quibus ea omnia diligenter perscripta sunt, quae in codicibus hactenus editis aut depravata aut praetermissa fuerunt, ex **Lutetiano codice** correcta atque addita." Intellige Editionem **Morellianam**; ejusdemque Indicem repetiit Wolfius titulo praefixo: „Variae Lectiones et notae e Lutetiano codice excerptae." Immiscuit suas annotationes, etiam varias aliorum codicum mstorum lectiones. Hunc Indicem appellavit Reiskius *Farraginem Wolfii*.

Morellius octo novis codicibus mstis excussis Demosthenis opera edere coepit, illoque mortuo quum liber usque ad p. 264 versus finem orationis fals. legat. processisset, a **Lambino**, sed ut videtur sine codd. mstis absolutus est Parisiis ap. Benenatum vel Michaëlem Sonnium a. 1570 fol. Morellius margini (Herwagianae 1?) varietatem codicum suorum accu-

rate adpinxit; Lambinus si (quod post orationem fals. leg. raro fit et post Leptineam etiam rarius) varietate marginem ornavit, non semper prodidit auctoritatem, scilicet nonnunquam ex Indicibus illis petiit et ex Obsopoei castigationibus lectiones, rarissimas e codicibus Parisinis, nec nisi ex α et ε ut videtur non ab ipso, sed etiam a Morellio haustas. Vid. Benenati Praef. *Indicem* vero *Lambinus* novum apposuit refertum partim conjecturis suis partim typothetae corrigendis erroribus partim lectione Aldinae et Felicianae.

De Codicibus Morellii.
Parisinis regiis.

Codices, qui Morellio $\alpha\beta\gamma\delta\varepsilon\zeta\eta\vartheta$ signati ad manum fuerunt et adhuc Parisiis in Bibliotheca regia conservantur, Taylorus secundum antiquum Catalogum in Montefalconii Bibl. Bibl. significavit et ex errore calami alium codicem atque Augerus qui recentiores numeros adhibuit. Ille enim α dicit esse Cod. 2190. β, 2189. γ, 2270 (voluit fortasse 2770). δ elicere non potuit. ε, 2188. ζ, 3276. η, 2772, de quo dubitat. ϑ, 2187. At quum ipse Taylorus eos codices nunquam viderit (cf. ejus annot. ad Cor. p. 278, 7 R. et ad Lept. p. 461, 14 R.), sed „descriptionem a viro doctissimo acceperit“, ut videtur a Richardo Ellisio, qui Aeschineos codices Parisinos ei exploravit, quumque eosdem tanquam alios codices secundum recentiores numeros e Catalogo typis descripto afferat (Prolegg. ad Dem. in Reisk. Orr. Grr. Vol. VIII p. 700), etiam codicem indicet, qui St. Patrum opera, nullas Demosthenis orationes contineat, Augerus vero suis oculis inspexerit et ad edendas orationes usurpaverit, huic fidem habemus, eoque majorem quod Augeri judicium firmatum vidimus collata Bekkeri varietate. Examinavit enim etiam Bekkerus partem codicis α.

α. Cod. MMCMXL, bombycinus, Fonteblandensis, in 4°, foliorum 334, videtur Saeculi XIII. Continentur: Olynth. I — III cum Ulpiani commen-

tariis. Textus literis miniatis, commentarii atramento scripti sunt; item in reliquis orationibus. Phil. I et IV, adv. Epist. Phil., c. Androt., Mid., Coron., Aristocr., Timocr., fals. leg., Lept., Synt., Megalop., Rhod. Vid. (Mellot) Catal. Vol. II p. 575. „Plures reperit Augerus optimas lectiones.“

β. Cod. MMCMXCV, bombycinus, videtur Saeculi XIII, satis eleganter scriptus et satis bonae notae. Continentur: Libanii (?) vita Dem. — Olynth. I-III cum argumm. Nonnunquam inter lineas glossae; conjecta vero ad marginem scholia ab editis interdum diversa. Phil. I, Pac., Phil. II, Halonn., Chers., Phil. III et IV, adv. Epist. Phil., Synt., Symmor., Rhod., Megalop., Foed. Alex., fals. leg., Coron., Lept., Mid.; omnes cum argumm. et similibus scholiis; c. Androt. cum argum., Epistolae. — Aristidis orationes. Vid. Catalog. p. 588.

γ. Cod. MMCMXXXVIII, chartaceus, scriptus manu Antonii (in Catalogo perperam: Ambrosii) Cretensis Mediolani a. 1480. Olim possedit Franciscus Asulanus. Continentur: Libanii vita Dem. — Olynth. I — III, Phil. I — II, Pac., Halonn., Chers., Phil. III — IV, Rhod., Coron., fals. leg. — Æschinis vita, Aristotelis categoriae. cet. Vid. Catal. p. 574. — De Antonio illo Mediolanensi scriba vid. Montefalc. Palaeogr. p. 84.

δ. Cod. MMCMXCVI, bombycinus, Fonteblandensis, videtur Saeculi XIII. Continentur: Dem. fals. leg. Initium desideratur. Brevia scholia marg. — Æsch. fals. leg. cum Anonymi scholiis ineditis, iisdem quae leguntur in MMCMXXX et MMMIII. — Aristidis orationes. „Multas et quidem optimas accepit Augerus lectiones.“ Non continet Midianam; hoc Taylori causa. Vid. Catal. p. 588.

ε. Cod. MMM, bombycinus (Augero *chartaceus*), sub finem Saeculi XV, eleganter scriptus. Continentur: Olynth. I — III, Pac., Halonn., Chers., adv. Epist. Phil., Synt., Symmor., Rhod., Melagop., Phil. I — IV, Coron., fals. leg., Lept., Midian., c. Androt. — Nomina Mensium Roman., Maced., Graecor. etc. — Anonymi lexicon desinens in litera N. „Ex hoc cod. plures accepit Augerus probas lectiones.“ Vid. Catal. p. 590.

ζ. Cod. MMMI, chartaceus, videtur Saeculi XVI. Continentur: Lept. cum Libanii argum. et cum scholiis marg. brevibus diversis ab editis. — Coron. cum similibus scholiis et aliquot glossis interlin. Praefixum est Libanii argum., aliud Anonymi ad calcem est rejectum — Fals. leg. cum similibus scholiis. Praefixa argumenta duo, Libanii et Anonymi. — Libanii Declam. — Hermog. Rhet. Vid. Catal. p. 591.

η. Cod. MMCMXCIX, chartaceus, videtur Saeculi XV exeuntis. Continentur: Olynth. I—III, Phil. I, Pac., Phil. II, Chers., omnes cum scholiis marg. vulgatis, et praeter orationem de pace cum Libanii argumentis. Phil. IV cum argumento, adv. Epist. Philippi cum hujus Epistola, Coron., fals. leg., Lept. — Anonymi vita Æschinis, Apollonii vita Æschinis ejusdemque duplex argumentum in orationem adv. Timarchum. Anonymi argum. in Dem. orat. fals. leg. et in Æschin. orat. adv. Ctesiph. etc. Vid. Catal. p. 590. „In nonnullis multa desunt."

ϑ. Cod. MMCMXXXVII, chartaceus, Fonteblandensis, scriptus manu Ioannis Rosi Presbyteri Cretensis, Saeculo XV. Continentur: Olynth. I — III cum brevibus scholiis marg. — Phil. I, Pac, Phil. II, Halonn., Chers., Phil. III — IV, fals. leg. hujus orationis multa desunt. Vid. Catal. p. 574.

De Codicibus H. Wolfii.

Nullos codices manu scriptos ab Hier. Wolfio ad verba Demosthenis emendanda, saltem non religiose vel accurate adhibitos esse cum Reiskio supra contendi. Attamen in annotatione ad Olynth. I p. 8, 4 R. Wolfius loquitur de „exemplari quodam sive *Romano* sive *Florentino* (est enim ἀνώνυμον) paucarum Demosthenis orationum." At haud dubie intellexit Editionem (Romanam) Olynth. trium, Phil. I et orat. de Coron. a. 1541. 8°. Vellem hujus Editionis inspiciendae occasionem habuissem, ut litem dirimerem. — Idem in fine annotatorum ad or. de Coron. appendit *Scrimgeri* varias lectiones. „Cum haec scripsissem, ait, reperi chartam, in qua notaram varias quasdam lectiones τῶν ἀντιπάλων λόγων, quas mihi vir doctissimus Henricus Scrimger Scotus, Professor Juris Heidelbergensis, superioribus annis, dum apud illustrem virum Hulderichum Fuggerum communem Mecaenatem nostrum familiariter unà viveremus, exscribendas e suo codice dederat. Eas hic ad verbum subjicere visum est." Quas Scrimgeri schedas non demum, quum illa scripsisset, reperit, sed ante quam illam annotationem finiret. Vid. ad finem epistolae Philippi in orat. de Coron. p. 280 R.

Sambuci codicem usurpavit in Farragine ad orat. de Coron. Sambuci codices multi Viennam transportati sunt, nullus tamen ex iis, qui in meum usum in Bibliotheca Caesarea explorati sunt, cum hoc consentit, quem Wolfius citavit.

De Appendice Francofurtana.

Marcianus 417, Venetus, Italicus, Aldina Taylori, App. Francof., Lindenbrogianus et Pithoeanus pro eadem auctoritate valent.

Wolfii Editio Francofurti 1604 fol. repetita est cum additamento memorabili, quod inscribitur: „Lectiones in Demosthenem diversae tum e codice quodam vetusto *Italico* tum ex Aldino, cui illas vir doctissimus manu propria adscripserat." Codex is Italicus est *Venetus*, ex quo, ut videtur, Petrus *Pithoeus* ad oram Aldinae nunc Oxonii in Bodleiana Bibliotheca custoditae variantem lectionem descripsit. Nomen enim Pithoei in frontispicio libri apparet; inde ab eodem varietatem adscriptam esse jam diu concluserunt. Quam varietatem quomodo Editor Francofurtanus nactus sit, nescimus; sed non differre Francofortuni Italicum et Pithoei Venetum nobis quidem certum est, nec differt *Aldina Taylori*, quam Antonius Askewius Medicinae Doctor Londinensis Schweighaeusero conciliante (vid. Dahleri

Memoriam Schweigh. p. 17 et Zeitgenossen a. 1832 p. 6. Reisk. Praef. p. XXXXV) ex haereditate Taylori Reiskio misit; margines ejus libri vetusta manus variis lectionibus haud constat unde aliquando petitis contexit. Reisk. Praef. ad Annot. p. 12 sq. Cf. Taylor. Prolegg. in Reisk. Orr. Grr. Vol. VIII p. 730. Consentiunt hi libri ubique, nisi quod Phil. I p. 50, 3 R. Venetus et Ald. Tayl. *προσϑῆτε* exhibent, sed App. Francf. *πρόϑοισϑε* ad *προέλοισϑε*, quod ipsum fortasse in errorem scribam vocavit, quum in codice invenisset *προσϑῆτε*. Alia enim multa in App. Francf. perversa sunt. Hìc praecipue doleo quod *Lindenbrogiana* varietas non adpicta est. Lindenbrogius Herwagianae 2ae duas primas partes uno volumine compactas possedit, in cujus titulo apparet *Ἐκ βιβλιοϑήκης τοῦ Λινδενβρογίου* Lindenbrogii, ut traditur, manu scriptum, aliâ manu ibidem *ἥκω φέρων ὑμῖν τὸ ῥῶ καταρερητορευμένον*, et hac manu in duarum partium margine varietas lectionis e *παλαιῷ βιβλίῳ* excerptae et ab Appendice Francof. non diversae, nisi quod est Appendice modo copiosior modo exilior. Talia discrimina non e codicum fronte, sed scribae manu et grammatici animo exoriuntur. In Lindenbrogiano et in Aldina Taylori etiam saepe invenitur *λείπει ταῦτα ἐν παλαιῷ βιβλίῳ*. Herwagiana illa Lindenbrogii in bibliotheca publica Hamburgensi („Graecorum autorum I, 15. XXIII, 16“) reperta et jam cum Tayloro per Christophorum Wolfium communicata est. Mihi quoque Sievekingio Syndico Hamburgensi clarissimo intercedente W. Ullrichius doctissimus suavissime ipsam eam Herwagianam transmisit, unde in meum Herwagianae 2ae exemplar varietatem Lindenbrogianam descripsi. Jam antea exhibuit nobis idem vir humanissimus specimen, quod Christ. Wolfius fortasse prius quam Tayloro Apographum tradidisset, fronti Editionis Wolfianae 1607 praefixit hoc monito: „Orationes Demosthenis Basileae 1547 per I. Herwagium in 8° editae exstant in Bibliotheca Ioannei Hamb., ipsius, ut puto, Frid. Lindenbrogii manu, forte ex Cod. Mscr. frequenter emendatae. Specimen emendationum ex multis hic habes. Ioh. Christoph. Wolf.“ Pertinet id specimen inde ab oratione de pace, ante

quam orationem nihil Lindenbrogiano margini adjectum est, usque ad Phil. II. p. 79, 25 R. „Nec praetereundum est, aliud similiter apographum ejusdem codicis ad eandem pariter Editionem annotatum ad Taylorum transmissum esse a Kennetho Mackenzie Juris Caesarei in academia Edinburgensi Professore.“ Decreta, leges, epistolae, testimonia non in textu illius codicis, sed in margine exstiterunt, haud dubie ut in Veneto sive Italico.

Reiskius quidem Venetum ab Italico in ipsa Appendice Francf. discerni concludit ex his ejus verbis ad p. 42, 8 R.: „*ἕτοιμος ὑπάρξῃ* deleto *πράττειν*. Quod ut in manuscripto Venetiano non fuit, ita, si retineatur, sententiae officit.“ Ego contrarium concludo hoc: quem codicem in titulo Editor inscripsit Italicum, in hac annotatiuncula accuratius nominavit Venetianum. Sed jam idem Reiskius praeeunte Tayloro vere credidit Venetum illum fuisse Marcianum, quia ad clausulam argumenti orationis de falsa legatione, quae clausula deest in aliis, scilicet ad verba *ἐκ διαβολῆς τοῦ ἀντιδίκου* etc., eadem manus, quae reliqua omnia, scripsit: *ταῦτά εἰσι ἐν παλαιῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου*, et quia credibile sit, unde haec essent petita, reliqua quoque inde petita esse. Reisk. Praef. ad Annot. p. 13. Nunc certiora dare possumus. Exstat enim adhuc ille Venetus in Bibliotheca Marciana Nro. CCCCXVII chartaceus in quadrata forma, Saeculi XV, foliorum 300. Rem Jacobus Morellius (Bibl. S. Marci Graeca et Latina msta p. 290) eidem Bibliothecae praefectus dijudicavit e lectione libri Pithoeani cum illo codice comparatâ. In eo codice etiam illa clausula invenitur, sed signo quodam praeposito a reliquo argumento secernenda esse jubetur merito. In Lindenbrogiano ad finem ejus argumenti idque ad verba *ἡ μὲν ὑπόϑεσις τοῦ λόγου* adscriptum legitur: *Μετὰ τὴν τοῦ Λιβανίου ὑπόϑεσιν ταῦτα ἐπιγέγραπται*, ex eadem ratione, quia in aliis hoc argumentum deest. Continentur illo Marciano: Demosthenis vita, quam e cod. Parisino *Υ* acceptam Reiskius edidit Oratt. Grr. Vol. IV ad calcem p. 152. Deinde orationes L in Catalogo numerantur, sed tantum LI indicantur hae: Olynth. I — III

Phil. I, Pac., Class., Synt., Megalop., Rhod., Phil. II—IV, c. Epist. Phil. omnes cum expositione Ulpiani., Halonn., pro Diopithe (Chers.), c. Androt., Coron., fals. leg., Lept., Mid., Aristocr., Timocr., c. Conon., c. Aristog. I—II, adv. Callicr., c. Aphob. I—II, c. Onet. I—II, adv. Pantaenet., funebr., Foed. Alex., pro Phormione, adv. Dionysiod., adv. Boeot. I, c. Neaer., amator., adv. Boeot. II, adv. Nicostr., adv. Spud., Coron. trierarch., c. Olympiod., Eubulid., Nausim. et Xenopith., Zenothem., Apatur., contra Phormion., Lacrit. — Praeeunt singulis fere orationibus argumenta Libanii et Anonymorum, ut in editis. Scholiis quoque nonnullae instructae sunt, quae omnia fere inter Parisiensia a Morellio vel Bavarica a Reiskio vulgata sunt. — Continetur etiam Lysiae funebris. Vid. Zanetti et Bongiovanni Catalog. praeside Theupolo Graeca D. Marci Bibl. Codd. Mst. a. 1740 p. 202. in Montefalc. Bibl. Bibl. Vol. I p. 470 ex Indice Cardin. Bessarionis 5. A.

Illa copia Pithoeana ex Aldino Bodleiano in duas Wolfianas ab eodem Askewio ex haereditate Taylori Reiskio traditas transportata est in Basileensem a. 1572, et in Francofurtanam a. 1604. In Francofurtanae prima pagina hoc manu scriptum est: „In margine cod. orat. Dem. Venetianae edit. 1504, qui in Bodleyana Bibliotheca jam reservatur, lectiones, quae sequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithoei, cujus nomen in frontispicio apparet, scriptae reperiuntur.“ Hoc exemplar nunc possidet Rüdigerus *Bodleianum* nominans. Vid. ejus Praef. Vol. II. p. XIII. In altera, dico Basileensem Editionem, idem fere scriptum legitur, addita hac clausula: „Ita apographum D. Hudsoni, a quo ego.“

Ex eodem codice Marciano ornatus est liber *Lessingianus* et partim *Weimaranus*, de quibus infra, in cap. de codd. Reiskii.

Itaque omnes ii libri aut potius varietas, qua margines eorum ornati sunt, pro una Marciani auctoritate valere debent illius quidem boni, nec tamen optimi codicis. Nos quem descripsimus Lindenbrogianum unum in annotatione critica nominamus, ubi eadem dat, quae reliqui; sin minus, Appendicem Francf. aut Aldinam Tayl. aut alium citamus, qui casu quodam lectionis auctor est.

De Codicibus Mounteneii.

Mounteneius edidit orationes selectas Cantabrigiae 1730 8°, et postea saepe Londini. „Mstis usus est uno olim clarissimi illius Isaaci *Vossii*, nunc Leidensi, signato *Voss.*, et duobus Bibliothecae Bodleianae: uno Guilielmi *Laudi*, altero *Barocciano;* adjectis etiam aliquot lectionibus ex iis, quos codici suo Pithoeus adscripserat.“ Mounten. Praef. Iisdem usurus erat Taylorus, qui in Praefatione: „Ex iis, inquit, (sc. ex iis codicibus, qui Philippicas complectuntur) nactus sum Vossianum, Baroccianos duos (2 et 3), Laudianum.“

Voss. Hic codex, dum clarissimus ille Isaacus possessor vivebat, fuit Windsori Nro. 47 (vid. [Edw. Bernardi] Catal. Mstorum Angliae et Hibern. Vol. II P. I p. 60. Nro. 2226), nunc conservatur Lugduni Bat., quo cum reliquis mstis Is. Vossii ab haeredibus emptus migravit, Nro. 65 (Catal. Lugdun. a. 1716 p. 398 b). Chartaceus. 4°. Continentur: Olynthiacae I-III, Pac., Phil. I. — Mithridatis Epist. Bruti Collectio. etc.

Laud. Oxonii in Bibliotheca Bodleiana. Guilielmi Laudi Archiepisc. Cantuar. Academ. Oxon. Cancellarii Catalog. B. Nro. 26 in Bernard. Catal. Tom. I Nro. 507 p. 51 a. Continentur; Olynth. I-III, Phil. I, Pac., Phil. II, Halonn., Chers., Phil. III-IV, adv. Epist. Phil., Epist. Phil., Synt., Symm., Rhod., Megalop., Foed. Alex., quae oratio desinit in p. 216 R.

Barocc. 2 in eadem Bodleiana Bibliotheca Nro. 45, in Bernard. loc. cit. p. 5, a. Continentur post alia Olynth. I-II cum Scholiis Ulpiani. Mounteneius autem in sola Olynth. IIª vulgaris ordinis, quae Mounteneio prima est, varieatam exhibuit.

De Codicibus Taylori.

Praeter eum Baroccianum hos alios exploravit Taylorus:

Barocc. 1 ibid. Nro. 73, in Bernard. loc. cit. p. 9, a. Bombycinus, foliorum 262, Tayloro videtur esse Saeculi XIII aut XIV. Continentur: Fol. 1

Mid., fol. 48 Aristocr., fol. 92 Timocr., fol. 141 c. Aristogit. I, fol. 162 Aristogit. II, fol. 168 Neaer., fol. 198 Amator., fol. 210 funebr., fol. 218 Foed. Alex., fol. 224 c. Zenothem., fol. 231 contra Phormion., fol. 247 Lacrit., fol. 256 Epist. I, fol. 258 c. Nausim. et Xenopith. — Tayloro judice (ad p. 526, 11 R.) ex Augustano 1, aut hic ex illo descriptus est, quanquam Barocc. 1 literas publicas habet, quae desunt in Aug. 1.

Barocc. 3, ibid. Nro. 96, in Bernard. Catal. p. 11 a. Continetur post alia folio 163 „Ecloga vocum quarundam Rhetoricarum e Philippicis Demosthenis.“

Barocc. 4, ibid. Nro. 139, in Bernard. Catal. p. 18, a. Continetur post alia: Demosthenis funebris. Fine caret.

Barocc. 5., ibid. Nro. 159, in Bernard. Catal. p 21, b. Continetur post alia folio 303 „Expositio Vocum Rhetoricarum in Philippicis Demosthenis. Τὸ μέλλον· τὸ γενησόμενον.“ Folio 305 scholia Moschopuli ad tres Olynth., quorum specimen edidit Reiskius in Praef. ad Annott. p. 16 sqq.

Cf. Taylori Conspectus Mstorum post Praefationem, neque vero secundum Reiskii Editionem, qui eum Conspectum brevitatis studio turbavit. Adde ejusd. Taylori Prolegg. in Reiskii Orr. Grr. Vol. VIII p. 702.

Bodl. sive *Bodl. Observ.* Variae lectiones, notae et observatiunculae desumptae e margine exemplaris Herwagiani prioris in Bibl. Bodleianae auctario Seldeniano, Artium Liberall. A, 2, 20. — Notae item ad oram Paulinae 1554 in eadem Biblioth. e penu Edwardi Bernardi Nro. 57. Vid. Taylor. Praef. Ejusd. Prolegg. loc. cit. p. 702 et 731, cf. Edw. Bernard. Catal. Tom. II P. 1 p. 227 a. Nro. 7403: „inter libros Graecos cum scriptis codicibus collatos aut a viris doctis illustratos.“ — Eae notae postea adscriptae sunt in

Herwagianam Taylori, quam appellat Reiskius. Namque in ingenti fasce exemplarium Aldinae, Basileensium, Wolfianarum, Morellianae, quas varietate lectionis ornatas e Taylori libris Askewius Reiskio miserat, fuit

etiam Herwagiana 1, cujus margo lectione triplicis generis ornatus erat: 1) Atramento et manu, ut Reiskio videtur, Edwardi Raveni, quam Reiskius significat „*Vetustam manum in Herwagiana Taylori.*“ — 2) Atramento et manu ipsius Taylori annotationes additae sunt secundum exemplar Herwagianum Bodleianum e legato Seldeni, quod modo indicavimus. Hae annotationes a Reiskio sic notantur: „*Selden. in Herwagiana Taylori.*“ — 3) Rubro et manu Taylori illud exemplar auctum erat secundum Bernardi Paulinam modo indicatam. Haec a Reiskio nominatur „*Herwagiana Taylori e Barnardina.*“

Cant. „Annotatiunculae, ut credi par est, Claudii Groularti (de quo vid. Praefationem ad Lysiam p. 15. p. 79 R.) ex Aldino exemplari in Bibliotheca regia, quae est *Cantabrigiae.*“ Taylorus Praef.

Locker. „Codex doctissimi viri I. *Lockeri* Londinensis orationem c. Timarch. et Olynthiacas duas [I^{am} et II^{am} vulgaris ordinis] habet et est bonae frugis plenus.“ Taylorus ibid.

Harl. „Codex *Harleianus* adservatur in Bibliotheca Edw. Comitis Oxoniensis. Eleganter scriptus, antiquus et bonae indolis.“ Taylorus in Praef. Est Bibliothecae Harleianae Cod. 6322 in Musaeo Brittannico, insignis chartaceus, in fol., olim liber ecclesiae collegiatae Ripponensis in agro Eboracensi, foliorum 304, Saeculi fortasse XIII. Continentur: Fol. 1 Olynth. I-III, fol. 15 b Phil. I, fol. 23 Pac., folium 25 absurde interpositum continet iterum finem Phil. I^{ae} et initium hujus orationis; sublato hoc fol. oratio recte procedit, lacuna nulla est. Fol. 27 b Phil. II, fol. 32 b Halonn., fol. 38 b Chers., fol. 48 b Phil. III, fol. 59 Phil. IV, fol. 70 adv. Phil. Epist., fol. 75 fals. leg., fol. 117 b Aeschinis fals. leg., fol. 141 Coron., fol. 179 funebris. Praeter alia. Vid. (Hornii) Catal. Harleianorum Mstorum Vol. III p. 356 sq. In Praefatione Reiskiana p. LVII contenditur Harleianum et Augustanum 1 in Leptinea consentire. Scilicet in illo codice Leptinea non inest. — Praeter hunc Harleianum teste Catalogo etiam alius, 5670 ejusdem Bibliothecae, Tayloro notus erat, quem videtur non contulisse.

Harris. Codex Jacobi *Harris* Sarisberiensis Armigeri, olim Emanuelis Martini Decani Alonensis, qui Epist. 12 Lib. VI eum codicem sic descripsit: „Codd. manu exaratos nactus sum aliquot —. Alter antiquorum Rhetorum selectas orationes (sc. continet), ut Demosthenis, Aristidis, Himerii, Hyperidis, Libanii, cui adjectae sunt Philostrati vitae Sophistarum et Platonis Gorgias. Videtur hic codex olim fuisse Nicephori Gregorae, ut ostendit ejus chirographum in interiore tabula hinc inde scriptum. Quo etiam nomine permagni a me aestimatur.“ Hactenus ille. Codex est membranaceus, melioris notae. Continet easdem fere, quas Harleianus, orationes. Ex eo nactus est Taylorus solummodo Variantes Philippicarum IV. Nam quum Mstus ille beneficio Harrisii ad eum Cantabrigiam mitteretur, ut caeterarum, quae restabant, varias lectiones ipse *αὐτολεξεὶ* excerperet, in itinere, mala quorundam fide, interceptus est, sive imprudentia sive consilio et dedita opera discerptus. Taylor. Praef. fin.

Guelph. „membranaceus, eleganter scriptus, annorum circiter 500.“ Ad haec Taylori verba (Prolegg. p. 703) Reiskius annotavit: „In hac regione sunt quaedam ex adversariis Taylori forfice excisa. Wolfenbuttelae ignorant ipsumque codicem et quomodo in potestatem Taylori pervenerit.“ De quo codice Reiskius Lessingium Bibliothecae Guelpherbytanae praefectum interrogaverat. Vid. Commercium Epistoll. utriusque a. 1771 m. Jan. die 2. Lessingii responsum intercidit. Ad Philippicas varietas Guelpherbytana non annotata est.

Altemps. Dr. Gally Londinensis e Bibliotheca *Altempsiana* Aldinam cum notis mstis et scholiis marg. possedit. Taylor. Prolegg. p. 703 p. 731 et ad Coron. p. 229, 23 R. p. 235, 16 R. p. 249, 26 R.

Ask. Codex Askewii de Corona (Prolegg. cit. p. 703) Tayloro „e Bibliotheca Vindobonnensi esse videtur,“ et testis citatur Murray Epist. de Hamburgo. At codicem Vindob. Nro. 70, qui aenigmatis causa ibidem nominatur, prorsus alium esse cognovi. Illius codicis varietas addita erat margini Aldinae, quam Askewius, quem supra laudavimus, possedit. Cf. Taylor. ad Cor. p. 228, 8 R.

Mead. Demosthenicus codex R. Mead Archiatri ad Libanii Argumentum in Dem. orat. fals. leg. citatur, addito hoc: eum librum ultra illud Argumentum non procedere. Fortasse idem est codex, quem Taylorus usurpavit ad Aeschineas orationes emendandas.

In schedis Taylori etiam *Harvei.* notatur, quem codicem prorsus ignoramus.

Praeter alios libros supra memoratos ex haereditate Taylori Reiskius accepit etiam Francofurtanam, in qua invenit Collationem Philippicarum quarundam cum codicibus Lockerano et Harleiano, de quibus supra, et Argumentorum ad has orationes e codice

Gonvillano. Reisk. Praef. ad Annot. p. 15. Codex Cantabrigiae asservatur in Bibliotheca Collegii Caio-Gonvillensis fortasse Nro. 949 in Bernard. Tom. I P. 3 p. 115 a.

De Codicibus Reiskii.

Bavaricum codicem e Bibliotheca Electorali (nunc regia) Monacensi Nro. LXXXV Reiskius per Oeffelium Bibl. praefectum accepit. Epist. Reisk. ad Oeffel. in Reisk. Animadvv. ad Graec. Vol. V fin. Charta bombycina levigatissima, titulis et initialibus miniatis, literis minutissimis et tersis, duabus columnis, in folio, cum notis marg. versus finem evanescentibus, cum lacunis, constans foliis 243, Saeculi XIII, male conservatus. Continentur: Libanii Argumenta, non eodem ordine, quo in Editione posita, nec omnia sunt, ultimum enim est LVI in or. adv. Leochar. — Orationes numerantur LXI. cum epistolis numerus ultimus est LXVIII. Fol. 3 — 144 *Δημοσθένους λόγοι Φιλιππικοὶ ιβ. Συμβουλευτικοὶ ε. Δημόσιοι ιδ.* (*Ἐπιτροπικοὶ ε,* quas orationes Hardtius omisit, sed vid. Reiskii Praef. p. LXIII). *Παραγραφαὶ θ. Ἐπιστολαὶ ς.* De quo ordine vid. Reisk.

Praef. l. c. Hardt. Catal. Bibl. regiae Bavar. Vol. I p. 482 sq. Accuratissime a Reiskio descriptus Praef. Vol. I §. 19 et §. 28: „Non est optimus, inquit, neque de pessimis, lectionem plerumque praefert Aldinam; sed hoc in illo codice est egregium, quod refertus est varietate lectionum super versus et in marginibus scripta, spissius initio, rarius circa finem. Qua in varietate haud raro lectiones reperi nullo alio in codice a me deprehensas, easque non contemnendas. In una praesertim oratione (non succurrit nunc qua) ab aliis omnibus discedit mirificum in modum, plenior est, testimonia dat integra, quae nostris vulgaribus libris desunt, ut plane ex alio fonte manasse videatur haec oratio quam vulgares Editiones.“ Fatemur nos eam orationem non invenisse et ne intelligere quidem, quaenam ea sint testimonia. Sed fortasse nihil aliud in hoc loco Praefationis Reiskius dicere voluit, quam quod in epistola citata: „Reperi in Bavar. quam plurimas elegantissimas verissimasque lectiones et non semel integros versus, quibus vulgati libri carent.“ Neque vero, id quod ibid. Reiskius affirmavit, collatus est is codex ab eadem, quae exaravit, manu cum vetustioribus codicibus, sed descriptus est de eo codice, in quo varietas illa optima jam addita erat.

Plerumque plena et explicata dat vocabula, sine apostrophis contra quam Augustanus primus, qui apostrophos amat, ut τοῦθ᾽ οὕτω pro Bavarici τοῦτο οὕτως. nam saepe hic dat οὕτως cum ς etiam insequente consona. Attamen etiam Bavaricus, v. c. Olynth. I. init., τοῦθ᾽ οὕτως.

Scholia sunt duplicis generis, alia vetustiora alia recentiora. Quorum quae vulgo nota sunt, hic multo emendatiora leguntur; inedita Reiskius in Oratt. Grr. Vol. II publici juris fecit. Recentiora ad duas orationes: de Cor. et de fals. leg. a Moschopulo, ut Reiskio videtur, profecta, et indigna qui edantur. Sed hac in parte, quae istas duas orationes continet, codex usu maxime est detritus, propemodum laceratus et obscuratus, ut paene dilabatur prae vetustate et manuum sordibus. Tanto mundior est pars posterior, in qua sunt causae publicae et privatae. Sed ingens est in hac

parte lacuna per plures paginas pertinens. Jacuerat codex in loco humido, quo factum est, ut pars quaedam computruisset; haec sarta est postea a manu recentiore, non inficeta illa quidem, minus tamen eleganti quam vetusta.

Habet codex capitum numeros in margine e vetusta distributione, quae capita signata erant literis alphabeti majoribus *ΑΒΓ* etc. Habet paragraphos, sed diverso modo divisas atque in Aug. 1, quas Reiskius in Editione signo § indicavit.

Habet denique egregium indicium vetustatis, quamquam in recentioribus quoque nonnullis codicibus inventum: in clausula orationum, non tamen omnium, sed eorum tantum, quae primam et secundam classem e distributione Wolfiana constituunt, indicatur antiquus numerus τῶν στίχων i. e. non linearum, sed commatum sive versuum, in quales v. c. distributa sunt sacrorum Bibliorum capita. „Qua de στιχομετρίᾳ (in Demosthene etiam exscribendo, D. Hieronymi testimonio, ab antiquis servatâ) egregie post alios disseruit Frater Gabriel Fabricy O. P. in Diatriba, qua Bibliographiae antiquariae et sacrae Critices capita aliqua illustravit Sect. VI.“ Sunt Jacobi Morellii verba in Biblioth. S. Marci Msta Graec. et Lat. p. 289. Hieronymus quum primus apud Latinos interpretationem Veteris Testamenti in versus diviserit, suam rationem defendit exemplo orationum Demosthenis et Ciceronis eo more distinctarum. In Praef. ad translationem Jesaiae: „Nemo, inquit, quum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebraeos ligari etc. Sed quod in Demosthene et in Tullio fieri solet, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versibus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes interpretationem novam novo scribendi genere distinximus.“ Vid. Vales. ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. VI cap. 16 p. 118.

Versuum numerus in Bavarico siglis indicatus est, sicut in Marciano F Bekkeri, quocum antiquissimo (Saeculi XI) prorsus conspirat. Quod quum e varietate lectionis utriusque collata dudum vidissem et jam in Editione

Phil. II^{ae} affirmassem, nuper vehementer gavisus sum, quum in Bibliotheca aulica, quae Darmstadii custoditur et per Federi doctissimi et clarissimi humanitatem nobis aperta est, evolvere liceret librum supra citatum Jacobi Morellii, qui p. 287 sqq. eandem sententiam declaravit, vir explorandorum mstorum peritissimus. Consensus utriusque codicis apparet etiam in minutiis, ut Liban. Argum. Halonn. p. 75 §. 1, 7 *ἀποῦσι* pro *αἰτοῦσι*, et si quando scriba aberravit, error ipse communem fontem indicat, ut Liban. ibid. §. 2 Marcianus *ἀνειμένον — διαλελυμένον*, Bavaricus *ἀνειμένος — διαλελυμένος*, ubi reliqui omnes *ἀνειμένη — διαλελυμένη*. Apparet item concordia e signis criticis, quae Reiskius neglexit, sed Elias Grünebaumius, qui librum de Prophetiis Veteris Foederis specimen eruditionis compositurus Monachii commoratur, a me rogatus reperit. Namque in Bavarico, sicut in F, passim, praecipue orat. Midianae et Leptineae locis quibusdam improbandis vel emendandis initio linearum additus est *ὀβελός*, ut a p. 526 lin. 12 ad p. 527 lin. 22 R. sic:

— *ἔτι τοίνυν κτλ.*

Item in Midiana Leges, Testimonia omniaque a verbis Demosthenis aliena diple distincta sunt, ut p. 517 R. sic:

› *τοὺς πρυτάνεις κτλ.*

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürgerrepräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jedes Standes und jedes Faches und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

Obrigkeitliche Anordnung der Prüfungen

im Kaisersaale.

Mittwoch den 28. August. Vormittags. Prima.

9 bis 10. Sophocl.	Schwenck.
10 bis 11. Geschichte	Röder.

Nachmittags. Secunda.

3 bis 4. Cicer. Orr.	Vömel.
4 bis 5. Mathematik	Herling.

Donnerstag den 29. Aug. Vormittags. Tertia.

9 bis 10. Livius	Rödiger.
10 bis 11. Griechische Blumenlese	„ „

Nachmittags. Quarta.

3 bis 4. Lateinisch	Hefs.
4 bis 5. Griechisch	„

Freitag den 30. Aug Vormittags. Quinta.

9 bis 10. Religion	Weismann.
10 bis 11. Lateinisch	„ „

Nachmittags. Sexta.

3 bis 4. Lateinisch	Schott.
4 bis 5. Naturgeschichte	„

Der Progressionsfeierlichkeit im Kaisersaale.

Montag den 2. Sept. Nachmittags 3 — 5 Uhr.

Eröffnungsrede des Rectors.

August Kuhn I: Ueber Solon's Gesetzgebung.

Versetzung VI — IV.

Philipp Heinrich Roos II: Ueber die Wahl des Berufs.

Johann Joseph Oppel I: De diis homericis.

Preisvertheilung.

Versetzung III — I.

VOLUME 2

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. VERNO. TEMPORE.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Dr. Ioannes. Theodorus. Vœmelius.

Rector et Professor.

II

FRANCOFURTI. AD MŒN. MDCCCXXXIV.

TYPIS HENR. LUDOV. BRŒNNERI.

Notitia Codicum Demosthenicorum II.

De Reliquis Codicibus Reiskii.

Augustanos sex codices Reiskius per Iacobum Bruckerum celeberrimum accepit, qui tum praedicatorum ministerio Augustano praeerat.

Aug. 1. Olim Augustanus in Reiseri Indice p. 78 Nro. 7 (non 2), nunc Nro. CCCCLXXXV in Bibliotheca regia Monacensi, membranaceus, crassus et prae vetustate subflavus, in 4°, charactere minuto et nitido. Forma et proceritas literarum totusque habitus scripturae prorsus est similis aliis membranaceis, quos citavit Reiskius Praef. p. XXXV et p. LXI. Foliis constat 450, cum notis marg. minutissime scriptis et praecisis. Duo prima folia ab Olynth. I p. 11, 12 R. *ἡμᾶς πλεῖν* usque ad ejusdem or. p. 13, 16 mirum in modum a vermibus corrosa, fumoque et pulvere sordidata et denigrata, ut vix legi possint. In fine mutilus. Saeculi esse videtur Hardtio XII^{i}, Reiskio hujus rei minus perito X^{i} aut XI^{i}. Continentur hae orationes: Incipit ab Olynth. II^{ae} p. 22, 22 R. ad ejusd. orat. *ὀκνεῖτε* p. 25, 6. Tum est lacuna usque ad p. 35, 12 R., ubi a *κατέλιπον* duo sunt folia procedentia ad p. 41, 1 R. Hae paucae sunt reliquiae in parte prima Demosthenicorum operum; supplevit deficientia pleraque manus recentior a p. 12, 15 R. ad p. 48,

1 R. decem foliis. Recenti manu exaratum et literis multo minutioribus, creberrimis compendiis, pallidiore atramento, membranis multo tenuioribus et candidioribus, hoc Reiskio est *Supplementum Aug.* 1. A p. 47 extr. R. reliqua omnia ad finem vetusta manus prima scripsit. Ita narrat Reiskius Praef. p. LXI sq. Hardtius autem Catal. Val. IV, p. 52 sqq. perhibet orationes sic sese excipere: 1. Philipp. I bis praeposita, sed prioris initium tantum. 2—3. Olynth. I—II. Prima initio manca. 4. Olynth. III cum Libanii argumento. 5. Pac. cum Anonymi argumento. 6. Phil. II. 7. Halonn. 8. Chers. 9. Phil. III. $\overset{\beta}{10}$. adv. Epist. Phil. $\overset{\alpha}{11}$. Phil IV. Ergo Philippicae non ex vulgari ordine, quod affirmavit Reiskius, consequuntur. 12. Androt. Scholium Hermogenis: „Isocratis discipulum fuisse aiunt Androtionem et dicendi peritum.“ Hoc scholion et a Wolfio et a Reiskio omissum. 13. Mid. 14. Aristocr. 15. Coron. 16. Fals. leg. 17. Timocr. 18. Lept. 19—20. Aristog. I—II. 21. Conon. 22. Callicl. 23. Olympiod. 24. Dionysiod. 25—26. Aphob. I—II. 27. Pro Phano (c. Aphob. III). In fine manca. 28—29. Onetor. I—II. 30. Pantaenet. 31. Lacrit. 32. Nausim. et Xenopith. 33. Contra Phormionem. 34. Xenothem. 35. Pro Phormione. 36. Apatur. 37—41. Deliberativae orationes: Synt., Symmor., Megalop., Rhod., Foed. Alex. 42. Coron. trier. Infra nro. 52 recurrit eadem oratio ex alio codice „mirificae lectionum discrepantiae. Universe posterius exemplar priore est emendatius. Sunt tamen loci quidam in priore emendatiores.“ 43. Macart. 44. Leochar. 45—46. Boeot. I—II. Magna paulo post initium deest pars inde a p. 997, 10 ad p. 1002, 15 R. 47. Spud. 48. Timoth. 49. Nicostr. 50. Phaenipp. 51. Polycl. 52. Coron. trierarch. cf. supra Nro. 42. 53. Eubulid. 54. Theocrin. 55. Euerg et Mnesib. In fine manca. Hardt. Vol. IV p. 52 sqq.

Itaque desunt praeter Epistolam Philippi orationes in Stephanum I—II, maxima pars orationis in Euerg. et Mnesib., in Calipp., Neaer., funebris, amator., Prooemia et Epistolae. Usque ad Timocrateam oppleti sunt margines scholiis; tum rarescunt, recenti manu eàque indoctâ adspersa. Alia in Ulpianeis leguntur, alia in his desiderantur. Desiderata Wolfius primum,

et multo melius Reiskius edidit. Namque is codex jam in H. Wolfii usum per Simonem Fabricium inspectus est, sed longe accuratissime a Reiskio collatus. Varietatem ille non integram juris publici fecit, sed suis animadversionibus immixtam edidit.

Caret codex plerumque apicibus. Iota, quod nos subscribimus, apponitur semper literae suae, ut *βουληι*, unde multarum mendarum origo potest explicari. Commata quae nos dicimus nulla sunt, sed ubique puncta. Plerumque dat *γινεσθαι*, *γινωσκειν* pro *γιγν*. — *παντα* pro *απαντα*, *αιει* pro *αει* etc. Reisk. Praef. p. LXV. Apostrophos amat. Leges, testimonia, reliquae literae publicae desiderantur. Rara apparet manus correctrix. Locus unus p. 1223, 7 R. adv. Polycl. viridi liquore a recenti manu est suppletus. Paragraphis distinctae sunt orationes. Indicium novae Paragraphi est litera extra lineam prominens etiam in medio vocabulo. Quas Paragraphos Augustani quanquam non ubique bene distributas, sicut Bavarici multo rariores Reikius in Editione retinuit signis adhibitis § (Bavar.) et † (Aug.).

Reiskio hic codex est magnae auctoritatis, si non maximae; nam Bekkeriano Σ ille caruit. Nunc cum Buttmanno Praef. ad Spald. Midian. extr. potius sic judicamus: „De Augustano hoc tenendum est, manifesta illum gerere diversae recensionis vestigia, ita quidem ut sicut Σ primum locum obtinet inter eos, qui traditum antiquitus textum exhibent, ita Augustanus, inter nostros certe, princeps sit alterius illius recensionis. Quod tamen neutiquam ita intellectum velim, quasi ad arbitrium ubique refictas ille lectiones praebeat; sed inter hujus generis correctiones, quarum immunis sane non est, haud pauca quoque in eo indicia mihi visus sum reperire criseos ad antiqua exempla olim institutae: dum Σ, quique cognati sunt ei, textus antiquissimis jam temporibus adulterati specimina passim praebent et ipsi.“ Attamen nobis videbatur Augustanus 1 tertiae classi adsignandus esse.

Aug 2. Olim Augustanus ap. Reiser. p. 76 Nro. 11, nunc Monacensis

Cod. CCCCXLI. Chartaceus, in Folio, titulis et initialibus miniatis, charactere minutissimo et nitidissimo, Saeculi XVi, foliorum **147**, optime conservatus. Continentur: a) Stephanus de urbibus. Edit. Aldina. — b) Demosthenis orationes cum Libanii Argumentis et vitâ Demosthenis. Olynthiacae quidem ordine memorabili: Fol. **3** Argum. Olynth. I. — Fol. **4** Or. Olynth. vulgo I. Fol. **7** Argum. Olynth. II. — Ibid. Or. Olynth. vulgo III, sed signata *β*. Fol. **10** Argum. Olynth. III. — Ibid. Or. Olynth. vulgo II, sed signata *τρίτος*. Fol. **14** Phil. I. Fol. **19** Phil. II. Fol. **23** Phil. III. Fol. **31** De pace. Fol. **33** Halonn. Fol. **38** Chers. Etiam in eo codice extremum verbum Argumenti non est quod Hardtius annotavit *ἐξηγήσεως*, sed ut Docenius Monacensis in suo, nunc meo exemplari ejus catalogi correxit *εἰςηγήσεως*, ne quis in hoc vexato loco, quem in Dispositione ejus orationis emendasse nobis videmur, putet esse varietatem lectionis. Fol. **45** Phil. IV. Fol. **52** c. Phil. Epist. Fol. **54** Epist. Phil. Fol. **57** Synt. Fol. **60** Symmor. Fol. **64** Rhod. libert. Fol. **68** Megalop. Fol. **71** Foed. cum Alex. Fol. **74** De Coron. Fol. **111** Fals. leg. Omnes cum Libanii Argumentis, Or. pro Rhod. libert. praeterea cum duobus Argumm. Hardt. Vol. IV, p. **363** sqq. Codex scriptus esse Reiskio videtur non Saec. XV°, sed circa idem tempus quo Aldus Stephanum et Demosthenem edidit, verumtamen non ex Aldi exemplo expresso, multas enim exhibet lectiones ab Aldino diversas. Reiskius judicans „Est notae, inquit, neque optimae neque pessimae, me certe non poenituit eum contulisse. Scriptus est in Italia a graeculo quodam."

Aug. 3. Olim Augustanus in Reiseri Indice p. **77** sq. Nro. **2**, nunc Monacensis Nro. CCCCXXXII. Chartaceus, in Folio, titulis et initialibus miniatis, manu diversa, scriptura minuta et nitida, cum notis marginalibus, Saeculi XV, foliorum **283**, bene conservatus. Continentur: a) Aristidis orationes. b) Diversa manu Fol. **244** Demosthenis Olynth. I. cum scholiis marg. miniatis. Fol. **246** Alia Scholia in eam orationem atramento scripta et uno tenore cum orationibus. Fol. **247** Olynth. II cum scholiis marg.

miniatis. Fol. **250** Alia scholia in eam orat. item atramento scripta. Fol. **251** Olynth. III cum scholiis marg. Fol. **254** Phil. I. Annectitur *πόρου ἀπόδειξις* tanquam oratio separata. Fol. **258** Phil. II. Fol. **260** De Pac. Fol. **262** Halonn. Fol. **266** Chers. In fine orationis Hardtius tradidit legi *ς ΔΔΔΔΔ*, quod nihili est; Reiskius (annot. ad fin. Chers.) docet eandem hujus orationis clausulam esse in Aug. **3**, quae in Bavarico 𐅅 𐅄*ΔΔΔΔ*, „nisi quod Aug. **3** adhuc unum *Δ* cum circumflexo superinducto et paulisper a reliquis distractum haberet additum ad numerum quaternarii indicandum, ut sint versus hujus orationis **594** ex hujus codicis computo." Scilicet eodem loco *Δ* significet decem et quatuor! Quod nemini Reiskius persuadebit. Etiam in eo errore versatur, quod putat in aliis codicibus alios eos versus (*ς* i. e. *στίχους*) numerari. Antiquitus distincti sunt, non numerantur pro codicum lineis diversis. Illud extremum *Δ̃* Aug. **3**i ornamenti causa additum est ad lineam explendam. Cujus rei mox duo exempla afferentur.

Fol. **271** Phil. III cum clausula *FI*𐅄*ΔΔΔΔ κατὰ Φιλίππου δ: FIΔ*, ut Reiskius tradidit annot. ad fin. Phil. III, quod hic conciliare non potuit cum titulo et clausula Bavarici. Cf. Reiskii annot. ad fin. Phil. IV. Etiam sibi ipse non constat; nam ad Phil. III finem affirmat in Aug. **3** clausulam inveniri *FIHΔΔΔH*, quod opinatur significare **638**, sed in Phil. IV fine dicit esse *FIHΔΔΔ*. Deinde Bavaricus (qui Philippicam III etiam in titulo notavit *κατὰ Φιλίππου Β*, et Phil. IVam *Γ*, quamquam Phil. IIam item *B*) is clausulam Phil. IIIae habet 𐅅 𐅄*ΔΔΔ*, et Phil. IVae clausulam ⊓*HΔΔΔHH*, ubi Reiskius extremum *H* redundare credens numeravit **638**. Mire! Non unum, sed duo extrema *H* redundant, literae adventitiae, quae ornamenti causa adpinguntur. Bast. ad Gregor. Cor. p. **409** sq. Conspirant Bavaricus et Augustanus **3** in clausula, quum scribitur sive 𐅅*HΔΔΔHH* sive 𐅅*HΔΔΔH* sive 𐅅*HΔΔΔ* i. e. **630**. Quod enim modo dat Reiskius ⊓, modo *FI*, modo 𐅅, id fecisse videtur inopiâ typorum pro 𐅅, **500**. Restat, ut consideremus clausulam Phil. IIIae in Aug. **3**, in qua dissentit

a Bavarico. Sed de illo discrimine mea sententia est haec: In Bavarici clausula per socordiam scribae deest extremum Δ, et scribendum ex Aug. 3: 𐅅 𐅄ΔΔΔΔ i. e. 590. Adjectum autem in Aug. 3 𐅅 𐅄 quod est notarum initium in fine lineae, puto esse repetitum ad explendam lineam. Itaque antiquus versuum sive commatum numerus (cujus causa recte docendi ita excurrimus) est Phil. III^{ae} 590, et Phil. IV^{ae} 630. Vellem Bekkerus e Marciano *F*, Bavarici exemplo, hos numeros notasset. Haec ad ea illustranda, quae in Aug. 3 recensendo Hardtius et Reiskius confuderunt. Iam pergamus in nostra recensione.

Fol. 277 Phil. IV. Fol. 283 adv. Epist. Phil. Finis est mutilus.

Omnes orationes, non solum Olynthiacae, scholiis in margine minio jam evanescente scriptis ornatae sunt. Eorum pleraque sunt vulgata; inedita quae restant, Hardtio nullius pretii esse videntur. Vid. ejus Catal. Vol. IV p. 344 sqq.

Totus codex non magni faciendus, ab indocto, supino et oblivioso librario exaratus. Ita quidem judicat Reiskius, qui addit: „Parum mihi profuit hic codex, qui nullas lectiones, bonas quidem, suggessit, quas in aliis non reperissem. In Italia exaratus est circa tempora nascentis typographiae.“

Aug. 4. Olim Augustanus in Reiseri Catal. p. 78 Nro. 8, nunc Monacensis Cod. CCCCLXIII. Chartaceus, in 4°, titulo secundo miniato, literis minutis et nitidis, foliorum 100, Saeculi XV, optime conservatus. Continentur: a) Dem. de Coron. b) Fol. 47 Aristidis Panath. Hardt. l. cit. p. 436 sq. Scriptus item in Italia, id quod charta prodit, medio aut vergente Saeculo XV. Non idem librarius Reiskio videbatur orationem pro Coron. exarasse atque Panathenaicam. In illa codex convenit cum Aug. 1.

Aug. 5. Olim Augustanus in Reiseri Catal. p. 78 Nro. 9 (non 19), nunc Monacensis Cod. CCCCLXXXVI. Chartaceus, in 4°, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et nitidis, foliorum 134, Saeculi XV exeuntis, optime conservatus. Continentur: a) Demosthenis funebris. b) Fol. 9 Lysiae funebris. c) Fol. 20 Demosthenis c. Aristog. I—II. Fol. 43 adv. Callicl.

Fol. 49 c. Aphob. I—II. Fol. 68 adv. Onetor. I—II. Praeter funebrem hae omnes Dem. orationes cum Argum. Quae inde a fol. 79 codex contineat, vid. ap. Hardt. l. cit. p. 59 sq. et ap. Reisk. Praef. p. LXIX, qui idem haec docet: „Codex a manu recentissima Saeculi XV exeuntis exaratus, minus pulcris literis, a librario indocto et mirifice supino, sed ex alio optimae notae ductus. Convenit cum Augustano primo paene ad literam, nisi ubi mendis calami conspurcatus est, quibus scatet. Nequit tamen inde desumptus esse, quia Argumenta habet orationibus praefixa, quibus Argumentis Aug. 1 caret.“

Aug. 6um habuit quidem Reiskius, neque vero adhibuit ad varietatem lectionis in Apparatum criticum inscribendam. De eo codice vid. infra in capite de codicibus Rüdigeri.

Meermann. Gerh. Meermannus e bibliotheca sua codicis Demosthenici copiam Reiskio fecit, continentis cum quatuordecim Philippicis etiam duas adv. Aeschinem. Codex est in charta bombycina exaratus, manu non illa quidem ineleganti, sed indocta, superiore Saeculo, ut videbatur, nescio quo e libro, non optimo quidem illo exscriptus. Quod quum e collatione Olynthiacarum Reiskius intellexisset, obrutus aliis multis negotiis, cito remittendum duxit codicem. Specimina tamen ejus in libello variantium dedit. Verba sunt Reiskii. Saeculi XVIII, foliorum 129, in 8°. Praemisso Libanii fragmento de vita Demosthenis et de vario dicendi genere, subjecta est vita Aeschinis. A. 1824 mense Iulio Hagae Comitum auctione venditus est cum reliquis copiis, quas per 80 annos gens Meermannia celeberrima collegerat. Vid. Bibl. Meermann. Vol. IV p. 54 Nro. 357.

Weimar. Bartholomaeus Bibl. ducali Vimar. praefectus ultro ad Reiskium misit exemplum Aldinae posterioris (Reisk. Praef. p. VIII), cui exemplari olim Marq. Gudii, a C. S. Schurzfleischio in Bibliothecam ducal. Vimar. illato adscriptae sunt a duobus diversis, altero antiquiore, altero juniore, lectiones variae, in quibus etiam nonnullae sunt vulgatis emendatiores. Has appellavit Reiskius W e i m a r a n u m simpliciter sive W e i-

maranum correctorem vel annotatorem. In fine haec invenit annotata: „„I. de Valcob aut Vulcob Venetus, M. Ianuar. 1592 multas in hoc codice varias lectiones annotavit.““ Idem videtur in fronte libri hoc praescripsisse: „Multas in hujus codicis marginibus lectiones varias sic... notatas reperi. Alias addidi ex alterius librarii codice, quas ita signavi 2, ut a primis dignoscerentur. Si quam autem in hoc codice lectionem similem alterius codicis lectioni inveni, apposuimus numeros 1. 2. Paucae item ex tertio codice ita signatae sunt 3.“ Pleraeque annotationes erant e secundo petitae. Verba sunt Reiskii.

Lessing. Lessingius quum Hamburgi 1769 degeret in egestate, auctionis lege libros suos divendidit. In iis erat Aldina, cujus margini docta manus multas emendationes nescimus unde petitas adscripserat. Reiskius quidem ejus libri licitationem fecit, sed Lessingius, qui a Reiskio id factum esse nesciebat, Aldinam retinuit timens, ne in manus veniret indoctas. Postea ille ab hoc eam petiit commodandam m. Ianuario. Misit eam Lessingius libentissime cum epistola suavissima. Remisit Reiskius eandem Aprili, et Lessingio tum Brunswigii commoranti a. 1770 m. Octobri dono dedit Volumen Editionis alterum, quod scholia ex illo Aldino descripta continet. Vid. Commercium Epistolarum Lessingii et Reiskii ann. 1769 et 1770. Scholiorum pleraque in Bavarico item reperit Reiskius, qui: „Similis est ille liber, inquit, Pithoeano, quo usus est Sylburgius seu quicunque appendicem Francofurtanam curavit.“ Recte quidem vidit utriusque libri similitudinem, sed miro quodam errore captus est, quando de Editione Francofurtana disserit. Opinatur enim eam expressam esse a Wechelii haeredibus, ejusque appendicem a. 1604 curatam a Sylburgio, qui mortuus erat Heidelbergae 1596 XVI Febr. Desinit libri Lessingiani collatio p. 860, 19 R. Inde usque ad funebrem orationem nil annotatum reperit Reiskius. Cf. supra ubi de Appendice Francof. I p. 14.

Reiskii reliquiae literariae nunc asservantur in Bibl. Regia Havniensi. Vide Ebert. De Mstis I p. 137.

De Codicibus Augeri.

De N, O, Q, Y, Aa, Dd, Ee, Ff vide supra I p. 8 sqq., ubi de Morelii ϑ, γ, α, β, δ, η, ε, ζ. — De B, D, H, K, L, M, X, Cc, Rr, Ss vide infra, ubi de Bekkeri *o*, *p*, *q*, Σ, Υ, *r*, *t*, *k*, *u*, *v*. Restant praeter Qq Coislinianum hi

Parisienses regii.

A. Codex MDCCLXXIII chartaceus, quadratâ formâ, manu Bartholomaei Comparini, anno 1497. Continentur praeter variorum scripta in fine Demosthenis Olynthiacae secundum Catalogum tres, secundum Augerum duae (de secunda in Augeri Editione nulla varietas ex A invenitur). Phil. I, cujus finis desideratur.

C. Codex MMCDLXXXIX olim Mazarinaeus, chartaceus, quadratâ formâ. Continentur praeter variorum opuscula et Anonymi scholia in alios et in Demosthenem etiam Demosthenis Epistolae manu Angeli Vergetii. Tertia Epistola caret fine et quarta initio.

E. Codex MMDXCVI bombycinus (Augero chartaceus), quadrata forma. Pars major Saeculo XIV, reliqua anno 1447 scripta est. Continetur praeter aliorum scripta Demosthenis Olynth. I. Eleganter scriptus.

P. Codex MMCMXXXIX chartaceus in Folio, manu Nicolai Blasti, anno 1484. Continentur: Demosthenis Phil. I, II cum Argumentis, Halonn. cum Argumento, Phil. III, IV, Coron. dimidiâ parte carens cum Argumento praemisso. Sequuntur Ulpiani scholia in Dem. orationes, aliâ manu scripta.

R. Codex MMCMXLII (nescio cur alterum ejusdem codicis volumen in Catalogo MMCMXLI signatum omiserit Augerus), olim Boistallerianus, chartaceus, sat eleganter scriptus in Folio, Saeculo XV. Continentur: Olynth. I, II, III, Phil. I, II, IV, Chers., adv. Epist. Phil., Coron., fals. leg., Mid., Timocr.

R 2. Codex MMCMXLIII, membranaceus, in Folio, Saeculi XV. Continetur Aristocratea cum Argumento.

S. Codex MMCMXLIV chartaceus in Folio, Saeculi XV. Continentur Ulpiani scholia; Libanii Argumenta in fals. leg., Androt., Mid., Aristocr., Timocr. et Lept.; Demosthenis Oratio de Coron.; et aliorum scripta.

T. Codex MMCMLVII chartaceus in Folio, Saeculi XV. Continetur, praeter Aeschinis orationes et appendicem in ejusdem vitam, Libanii Argumentum in Demosthenis orat. fals. leg.

U. Codex MMCMLXI chartaceus in Folio, Saeculi XV. Continentur, praeter Libanii aliorumque scripta, ejusdem Libanii vita Demosthenis, et Demosthenis Olynth. I, II, III, Phil. I, Pac., Phil. II, Halonn., Chers., Phil. III, IV, adv. Epist. Phil. cum ejusdem Epist., Symm., Rhod., Megalop., Foed. Alex., Coron., Funebr. Orationibus praefixa sunt Argumenta; nonnullis adscripta scholia.

V. Codex MMCMXCIII chartaceus, quadratâ formâ, olim Colbertinus, Saeculi XVI. Continentur Demosthenis Olynth. I et II cum Argumentis et scholiis margg. Hermogenis de formis liber. Demosthenis Olynth. III cum Argumento et scholiis. Ejusdem Phil. I, II, III, IV, Synt., Symm., Pac., Rhod., Megalop., Foed. Alex. Etiam his orationibus adjecta sunt brevia scholia. Extremo loco est Aristidis Monodia in Smyrnam.

Z. Codex MMCMXCV^{A} (in Catalog. Vol. II p. 626) chartaceus quadratâ formâ, Saeculi XIV. Continentur: Demosthenis Olynthiaca III^{a}, (Augero I^{a}), cujus initium desideratur, Phil. I fine carens, Coron. cum brevibus scholiis margg., Timocr., fals. leg. cum scholiis margg., quae caret paucis in fine. Synesii Epistolae.

Bb. Codex MMCMXCVII bombycinus (Augero, ut semper fere, chartaceus) quadratâ formâ, Saeculi XIII (secundum Augerum XV). Continentur: fals. leg., cujus Argumentum et initium manu recentiore scriptum est, cum scholiis brevibus. Timocratea cum Argumento et scholiis, Symmor. cum Argumento, Synt. cum Argumento, Megalop. cum Argumento,

Rhod. cum Argumento, adv. Cononem, Funebris, Foed. Alex., Lept., adv. Aristog. I, II, adv. Callicl., adv. Aphob. I, II, III, adv. Onetor. I, II, adv. Nausim. et Xenopith., adv. Spud., Coron. Trierarch. (?), adv. Olympiod., adv. Zenothem., pro Phormione, in Dionysiod. Secundum Augerum etiam adv. Nicostratum et adv. Boeotum de nomine.

Ii. Codex MMMIV olim Colbertinus, membranaceus, quadratâ formâ, Saeculi XVI. Continentur Aeschinis or. adv. Ctes. et Demosthenis de Corona.

Kk. Codex MMMXII olim Colbertinus secundum Catalogum chartaceus, secundum Augerum bombycinus, quadratâ formâ, anno 1382 scriptus. Continentur Luciani, Platonis, Stobaei et Aristidis opuscula nonnulla, etiam Demosthenis Olynthiacae II^{ae} initium, Olynthiaca I, Philippica I^{a} et pars Philippicae IV^{ae} cum Argumentis et Ulpiano.

De his Codicibus vid. Mellotii Catalog. Vol. II suis locis et Augeri Praefationem.

Qq. Coislinianus Codex CCCXXIII, olim CCXXXIX, antea Catechumenorum Laurae S. Athanasii in monte Atho ut in principio et fine scribitur, bombycinus, foliorum 330, Saeculi XIV vel XV. Continentur praeter aliorum scripta folio 255a Demosthenis Olynthiaca I. Folio 258b Olynthiaca II (secundum Augerum etiam Olynthiaca III, quod puto verum esse, qui spatium nimium indicatur). Folio 267a Philippica I. Vide Montefalc. Bibl. Coislin. p. 444 sq. Ejusd. Bibl. Bibl. Vol. II p. 1064.

De Codicibus Bekkeri.

Bekkerus rei criticae longe peritissimus habuit Demosthenis codices quindecim, sed in sedecim primis orationibus sex tantum *FΣTΩ u v* adhibuit, in oratione demum de Corona et in sequentibus recensendis reliquos quoque codices inspexit.

F. Venetiis in Bibliotheca Marciana Cod. CCCCXVI membranaceus in Folio, foliorum 322 post undecimum bipartitorum, Saeculi XI. Aetatem

demonstravit Iacobus Morellius Bibl. Msta Graeca et Latina I p. 287. Aliud vetustatis indicium accedit ex Iota semper adscripto, nunquam subscripto. Ingens variarum lectionum copia e codice Bavarico a Reiskio allata hujus quoque indolem manifestat, quod illius fuisse exemplar supra I p. 21 ostendimus *), sed multo est integrius illo et melius conservatum.

Continentur: fol. 1 — 11 Libanii Argumenta, fol. 12 orationum 68 epistolarumque index, fol. 13—320 Demosthenis *Ὀλυνθιακοί, Φιλιππικοί, Συμβουλευτικοί, δημόσιοι, ἐπιτροπικοί, παραγραφικοί, ἰδιωτικοί,* Prooemia et Epistolae. Omnia eodem ordine, quo Bavaricus, et quod hic orationem c. Androtionem *τῶν δημοσίων* primam, inter orationem de Foed. Alex. et inter orationem de Corona habet, item in illo invenitur. Itemque publicae omnes fere orationes in capita literis enotata atque in paragraphos distributae sunt. De versibus vide supra I p. 21. Praeterea eadem signa critica per utrumque codicem passim lineis apposita sunt. Ut in oratione Midiana leges, testimonia et aliena a Demosthenis verbis omnia Diple distincta sunt. Obelus, quo, quae improbanda vel emendanda essent, grammatici notabant, ad haec loca adpictus est:

p. 526, 12 — p. 527, 22	ed. Reisk.	Midianae.
p. 542, 12 — 14	„ „	
p. 542, 27 — p. 544, 5	„ „	
p. 546, 7 — 9	„ „	
p. 558, 15 — 20	„ „	
p. 561, 3 — p. 562, 18	„ „	
p. 576, 15 — 29	„ „	
p. 578, 10 — 23	„ „	
p. 580, 11 — p. 581, 14	„ „	

*) Fugerat nos quod eodem fere tempore Meierus Praef. ad Midian. p. X consensum Bavarici et F. docebat.

Diple recta et Obelo conjuncta, de cujus significatione non bene constat, his locis adjecta est:

p. 546, 6 — 7	ed. Reisk.	Midianae.
p. 558, 11 — 15	„ „	
p. 575, 23 — p. 576, 4	„ „	

Item in Bavarico, cujus signa supra typis repetiimus. De aliis formis eorundem signorum vid. Villoison. Hom. Iliad. Prolegg. p. XIII sqq. p. XXI sq. ibiq. citt. et p. LIX sq. Eadem uterque codex scholia continet duplicis generis, alia vetustiora, quae vulgo Ulpiani esse dicuntur, in Marciano eâdem manu, qua Textus, exarata sunt; alia recentiore charactere adjecta. Olynthiacae, Philippicae, suasoriae, Coron., fals. leg. iis copiose instructae sunt, sed post folium 19 scholia rarescunt.

Fol. 321—322 Lysiae oratio funebris inest scripta ab eadem, ut Bekkerus opinatur, manu, qua Demosthenis orationes, ductibus minutis et compendiatis, quales esse solent scholiorum. Pro Lysiae oratione Bavaricus habet Plutarchi vitas nonnullas, Nicephori Gregorae Interpretationem in Synesii orat. de insomniis et Anonymi Commentarium in Aristotelis Logicam.

Auctoritas ipsius codicis non tanta est, quanta correctricis manus, quae non raro apparet. Engelhardtius autem loc. cit. p. 7 et 8 Σ et F ex uno eodemque fonte prodiisse censet, et exemplis probare studet, at nobis non persuasit, quia illis exemplis alia eaque multo plura opponere possumus, quibus quisque utrumque dissentire videat. V. c. in oratione de Corona in 650 locis F ab Σ discedit. Vide quae infra de *T* auctoritate monebuntur.

Praeter Morell. Bibl. loc. cit. et Bekkeri notitiam codicum vid. (Zanetti et Bongiovanni) Praeside Laur. Theupolo Graeca D. Marci Bibl. Codd. Mstorum 1740 p. 201. Montefalcon. Bibl. Bibll. Vol. I p. 474 e Bessarionis Catalogo L. 30. A.

II. Florentiae in Bibl. Laurentiana Plut. LIX Cod. IX. Membranaceus in 4° majore, constans foliis 182, Saeculi XI, nam teste Bekkero manu scriptus eâdem, qua Aristophanes Ravennas, de quo vid. Aristoph. ed.

Bekk. Vol. I Praef. Bandinius putaverat esse eum scriptum Saeculo X. Contentae erant aliquando XVI Demosthenis orationes, sed nunc desunt octo, et prima, quae olim erat nona, est de fals. legatione, etiam hujus orationis prima 18 folia Saeculo XVI suppleta sunt. Pag. 42 Funebris (quam omisit Montefalconius). Utraque sine Argumento. Pag. 47 Lept. (omisit Montefalconius) cum Argumento ad marginem adjecto manu aeque antiquâ. Pag. 68 Midiana cum Libanii Argumento in margine scripto. Pag. 98 Aristocrat. cum Libanii Argumento. Pag. 129 in Androt. cum Libanii Argumento. Pag. 140 Timocrat. cum duplici Argumento; primum idque Libanii est orationi praefixum et in ipso contextu exaratum; alterum in margine conscriptum, est pars longioris Argumenti, item editi, incipiens ὑποθέσεις τοῦ λόγου δύο. Hujus orationis unum folium (156um) ab eadem manu Saeculi XVI suppletum est. Pag. 169 contra Aristog. I cum Libanii Argumento. Scholiis variis abundant marginalibus aeque antiquis, quae ex Ulpiani enarrationibus excerpta esse videntur. Uberrima vero sunt in orationes c. Androt. et Timocr. Vid. Bandini Catal. Vol. II p. 496. Montefalc. Bibl. Bibll. Vol. I p. 355 E. In Midiana, ad quam solam hic codex adhibitus est, cum optimis conspirat.

Σ. Parisiensis regius Codex MMCMXXXIV (olim 125 et 2137, nisi potius 2187, hanc enim notam scripsit Hauthalius) membranaceus (non chartaceus, qualis dicitur in Melloti Catalogo), in Folio, foliis 533, paginis bipartitis, versibus tricenis aut binis et tricenis, unâ manu scriptus, quanquam in posteriore parte literis grandioribus. Literarum forma est priscis uncialibus proxima (Viereckige grofse Cursivschrift, welche den Uebergang von der Uncialschrift macht. Sunt verba Hauthalii). Vid. Tab. II. Nro. 6 *), ubi retulimus easdem literas, quas ex eo praeclaro codice nobis facillime ac libentissime descripsit Emmanuel Millerus, qui est a custodia Bibliothecae

*) Tabulas, quibus imagines literarum inscriptae sunt, ultimae parti addemus.

illius diligentissimus. Membrana est pervetusta, alba, tenuis, Initiales et Finales orationis singulae colore vario pictae. Ductum literarum Hasius Palaeographiae peritissimus, etiam Catalogus affirmaverunt esse Saeculi X^{i}, non XII^{i}, quod tradidit Augerus. Βιβλίον μονῆς τῶν Σωσάνδρων ἔχον φύλλα πεντακόσια δέκα, τετράδια ἑξήκοντα τέσσαρα. De Quaternionibus vid. Montefalc. Palaeograph. p. 26 sq.

Continentur Demosthenis Olynthiacae, Phil. I, Chers., Halonn., Pac., quam orationem omisit Catalogus Melloti, Phil. II, III, IV, Or. adv. Epist. Phil., c. Androt., Timocr., Aristocr., Lept., Mid., Coron., fals. leg., in Aristog. I, II, c. Neaer., pro Phormione, in Steph. [I—II], in Pantaenet., in Nausim. et Xenop., in Zenothem., in Apatur., in Phormionem, in Lacrit., Prooemia continua, pleraque tamen lineolis appictis distincta, Epistolae de concordia, de Theramenis maledictis, de reditu, ad Heracleadorum, de Lycurgi liberis, orationes in Aphobum I, II, III, in Onetor. I, II, in Cononem, in Dionysiodor., in Olympiod., in Euerg. et Mnesib., in Callicl., in Polycl., de corona trier., in Nicostratum, in Timoth., in Callipp., in Boeot. I, II, in Spud., in Phaenipp., in Macartat., in Leochar., in Eubul., in Theocrin., Amator., Funeb., Synt., Symm., Megalop., Rhod. libert., et foed. Alex., cujus orationis maximam partem (a verbis ἐάν τινες τὰς πολιτείας incipientem p. 214 §. 10) in folio allito extremo e Moreliana manus recentior supplevit.

Plerisque orationibus subscriptum δ (i. e. διώρθωται), subscriptus quoque numerus versuum, de quibus supra I p. 21. Argumenta non omnia ab antiqua manu. Margo lectiones habet varias variis manibus et coloribus additas; habet idem analysin rhetoricam. Vide Bekkeri Notitiam Codicum. Melloti Catalog. Vol. II p. 573 sq. Signa interpungendi nulla inveniuntur praeter punctum aut in linea aut supra lineam positum sic: ὅσα τοιαῦτ' ἂν ἔχοιμι διεξελθεῖν· παραλείψω. ἀλλ' ὁρῶ etc. Illud punctum etiam interrogationis signum est. Vid. Tab. II Nro. 6. Ex eodem puncto secunda manus nonnunquam, sed raro, duo puncta fecit, alterum

subscribens. Hoc debemus Ludovico de Sinnero illustrissimo et eruditissimo. Codex optime conservatus in fronte habet indicem latinum et graecum a possessore praefixum. Alia manus praemonuit: „Videtur esse hic codex „indicatus in catalogo codicum graecorum Nicolai Rodulphi cardinalis classis „oratoriae Nro. 35 (non 335, quod tradidit Augerus). *Δημοσθένους* „*λόγοι ξβ*, quanquam hic continet orationes LVIII, epistolas V et *προ*-„*οίμια*.“ Haec debeo Ferdinando Hauthalio accuratissimo, qui Parisiis mea gratia codicem evolvit notitiamque mecum communicavit.

Quanquam codex amat omissiones (vid. Engelhardt loc. cit. p. 4 sqq.), tamen omnium praestantissimus jure habetur summaeque auctoritatis, quare fundamentum est Recensionis Bekkerianae. Attamen non temere monuit Bremius ad Aphob. I p. 46 § 62: „Verum ex multis locis cognoscimus librarium codicis doctum fuisse grammaticum. Hinc si quando rationi cuidam adhaeserat, eam mordicus tenebat et constanter inferebat, quum ceteri se proderent ipsi inconstantia.“ Nec caret codex vitiis, v. c. *στρατιὰ* pro *στρατεία*. *αἰσχροκερδία*. Olynth. I §. 26, 1: *εἰ πράξῃ*. Olynth. III §. 6, 4: *εἰ γὰρ μὴ — βοηθήσητε*. Olynth II §. 13, 5: *παραινεῖν* pro *περαίνειν*. Coron. p. 239 §. 40: *ὑπολήμψεσθε*, quae forma passim occurrit in Lachmanni Editione Novi Foederis. Alia multa vide ap. Engelhardt. loc. cit. p. 6 et Meier. Praef. ad Midian. p. XXI. Cf. Buttmanni Praef. ad Spald. Mid. extr., cujus judicium supra, ubi de Augustano 1 agebamus, exscribendum esse videbatur. Confer quoque Klinkmülleri Praef. p. VIII.

Υ. Parisiensis regius MMCMXXXV (olim Trichetianus et 2819), membranaceus, in Folio, constans foliis 301, ab initio ad folium octavum versibus 46, a folio 9 ad 26 i. e. usque ad p. 81, 12 Reisk. (ubi recentior manus est, secundum Catalogum p. 574, Saeculi XIII[1]) versibus 34, in reliqua parte (quae secundum Catalogum et Augerum est Saeculi XI[1]) versibus plerumque 36. Continentur: Demosthenis vitae duae, altera auctore Zosimo Ascalonita, cujus vitae initium *Δευτέρῳ λοιπὸν ἐπιμεῖναι* (sic quidem Catalogus, sed lege *ἐπιβῆναι*). Altera Anonymi, quae incipit *Ὁ*

περὶ (omisit Catalogus) *Δημοσθένους βίος ἀναγκαῖος*. Utraque edita est a Reiskio. Vid. infra, ubi de nostro Vindobonensi 4 et supra I p. 13, ubi de Veneto s. Marciano fonte Appendicis Francof. Sequuntur Orationes cum Argumentis: Olynth. I, II, III, Phil. I, II, III, IV, Pac., Halonn., Chers., Synt., Symmor., Rhod. libert., Megalop., Foed. Alex., Coron., Fals. leg., Lept., Mid., Aristocr., Androt., Timocr., Aristog. I, II, Neaer., Amat., Funebr., Prooemia. — Olynthiacis et aliis nonnullis scholia margg. adscripta sunt. Folio 5 imo legitur: „liber hic est iohannis n .... lini civis patavini.“

De auctoritate rectissime judicat Engelhardt. loc. cit. p. 8: „Eum codici *Σ* proxime accedere ait Buttmannus in recensione codicum Midianae praemissâ; ut post *Σ* hunc optimum et antiquissimum censeat. Sed lectio ejus a *Σ* saepissime recedit. Meliore certe jure illud de codice F dicetur. *Υ* et *Σ* autem raro admodum in variis lectionibus consentiunt, iis locis exceptis, ubi omnes Bekkeri libri a Reiskiana recedunt. Saepius autem quam alii, ubi variant libri, *Υ* Reiskianam lectionem tuetur, praecipue in verborum collocationibus. Ubi igitur codex *Υ* cum codice *Σ* congruit, in iis locis multum auctoritatis accedit novae lectioni, quia codicum in multis ceteroquin variantium consensus verae lectionis magnum est argumentum. Recte igitur Bekkerus lectionum ab his tribus *FΥΣ* (imo potius *FΣΥΩ*) allatarum plurimas in textum recepit, multas quoque a *ΣΥ* allatas jure non minore.“ Haec Engelhardtius; vide tamen quae supra de F monuimus. Non F, ut Engelhardtius, et eum sequens Klinkmüllerus (potius dicendum foret corr. F), neque *Υ*, ut Buttmannus, neque *Ω*, ut ipse Bekkerus vult, ita proxime ad *Σ* auctoritatem accedunt, sed omnes illae cum corr. *Φ* secundam classem conficiunt, *Σ* unus primam. Vid. I p. 3 sq., ubi classium describendarum periculum feci. Cf. Meier. loc. cit., a quo nos de auctoritate *Ω*, *Π*, *Υ*, Obsopoeani et Veneti dissentire nunc demum videmus, neque vero nos poenitet.

Φ. Venetiis in Bibliotheca Marciana Codex CCCCXVIII, membrana-

ceus, formâ quadratâ, foliis secundum Bekkerum 378, fortasse 338 certe secundum Catalogum, Saeculi XI[i]. Continentur Demosthenis orationes 32: Coron., Fals. leg., c. Zenothem., Apatur., c. Phormion., Lacrit., pro Phormione, adv. Pantaenet., Nausimach. et Xenopith., Boeot. I, II, Spud., Phaenipp., Macartat., Leochar., Stephan. I, II, Euerg. et Mnesib., Olympiod., Timoth., Polycl., Coron. trierarch., Callipp., Nicostrat., Conon., Callicl., Dionysiod., Eubulid., Theocrin., Neaer., Funebr., Amator. Praeterea Prooemia et Epistolae VI. — Orationibus praefiguntur Demetrii Phalerei τύποι ἐπιστολικοί.

Textus orationum ut in Marciano F et Bavarico se habet, ac potiores lectiones in margine eorum adscriptas itidem continet. Versuum numerus orationibus singulis fere accedit. Morell. loc. cit. p. 291. Zanetti etc. loc. cit. p. 203. Bekkeri Notitia Codicum. Montefalcon. loc. cit. p. 470 ex Ind. Bessarionis D. 10. γ.

Ω. Antverpiae (olim certe) in Bibl. Societatis Iesu Cod. 43, chartaceus, in Folio, paginis 539. Ubi nunc conservetur, non dixit Bekkerus. Cf. quae infra dicentur de Pantini codice Nro. 16 in Part. IV.

Continentur Olynth., Philippicae, Pac., Halonn., Chers., Rhod. libert., Coron., Fals. leg., adv. Epist. Phil., Synt., Symm., Megalop., Foed. Alex., Lept., Midian., Aristocr., Androt., Timocr., Aristog., Neaer., Amator., Funebr., Prooemia. Argumenta post or. fals. leg. desunt.

De auctoritate vide ad *T.*

k. Parisiensis regius Codex MMCMXCVIII, olim 264 et 2766, olim Federici Morellii (non Guilielmi Morelii Editoris Demosthenici), postea Baluzianus. Bombycinus (non chartaceus, ut tradidit Augerus), formâ quadratâ, foliis 389, versibus 35—40. Ab initio mutilus. Continentur Demosthenis Phil. I, cujus initium desideratur. Pac., Phil. II (omissae apud Augerum), Halonn., Chers., Phil. III—IV, adv. Epist. Phil. (omissa in Catalogo), Aristocr., Coron., Lept., Conon. Aeschinis orationes adv. Ctesiph. et de fals. leg. Demosthenis Olynthiacae tertia et quarta (sic in Catalogo,

omissae apud Augerum, qui reliquas dat alio ordine), ejusdem or. de fals. leg., Mid., Androt., Timocrat., adv. Aristog. I—II. Aliorum scripta. Vid. Bekkeri Notitia Codicum. Melloti Catal. Vol. II p. 589 sq. Augeri Praefatio p. XV. Montefalc. loc. cit. Vol. II p. 736 et p. 1304.

Saeculi esse videtur secundum Catalogum XIV[i], Augerus se aetatem ignorare fatetur, Hauthalius Saeculo scriptum esse librum XIII° putat. Neque est tam misere maculatus et a vermibus erosus, quam Augerus perhibet. „In his omnibus sunt annotationes aliquae marginales. In codice bonae reperiuntur lectiones.“ Verba Augeri.

o. Parisiensis regius Codex MMXLIII, olim Colbertinus, chartaceus, Saeculo XVI° scriptus esse videtur. Continentur: Fragmenta ex Aristotelis Politicis descripta. Demosthenis Olynthiacae cum Argumentis, Coron. cum Argumento, Mid. cum Argumento, Aristocrat. cum Argumento, Funebr., Plutarchi et Polybii scripta quaedam. „In illis omnibus sunt aliquae annotationes ad marginem.“ Augeri Praef. p. X. Catal. p. 435.

p. Parisiensis regius Codex MMDVIII, chartaceus, formâ quadratâ, Saeculi XIV[i] (Augerus XV[i]). Continentur praeter alia: 4) Demosthenis vita, quae incipit Ὁ περὶ Δημοσθένους βίος. Vide infra de Vindobonensi 4. 5) Demosthenis Olynth. I cum scholiis margg., quae in multis ab editis discrepant. Pac. cum similibus scholiis. Olynth. II et III cum scholiis brevioribus, Phil. I et II adjunctis interdum scholiis. Halonn. cum similibus scholiis. Phil. III et IV cum similibus scholiis. Or. adv. Epist. Phil. cum similibus scholiis. Synt. cum similibus scholiis. Symm., Rhod. Libert., Megalop., Coron. Sequuntur scripta aliorum. „Sat bonae notae.“ Augerus Praef. p. X. Cf. Catalog. loc. cit. p. 513.

q. Parisiensis regius MMDCCCXLIV (olim Constantinopolitanus), chartaceus, formâ quadratâ, manu Laurentii Cyathi Florentiae anno 1498. Continentur: 1) Apollonii Rhodii Argon. Libri IV cum vita poëtae praemissa. 2) Demosthenis orat. adv. Androt., sed ultima tantum folia. Ejusdem Coron. cum emendationibus quibusdam „non contemnendis.“ Ejusd.

fals. leg., sed initium tantum. Funebr. cum emendationibus nonnullis ad marginem conjectis. 3) Libanii oratio Ulyssis. Catalog. p. 560.

r. Parisiensis regius Codex MMCMXXXVI (olim 380 et 2188, ergo secundum Taylorum ε Morelii, sed erravit; inter Colbertinos 3769, in Catalogo Codicum Graecorum Nicolai Rodulphi Cardinalis 17). Membranaceus, in Folio, foliis 283, manu scriptus eàdem qua Platonicus Bekkeri C i. e. Parisiensis 1809, qui in Catalogo dicitur Saeculi XV[i], sed Demosthenicus ibidem dicitur Saeculi XIII[i]. Quam controversiam dirimere non possum. Continentur: Vita Demosthenis eadem, quae est secunda in codice *T* et Vindob. 4. Deinde Libanii vita Demosthenis. Tum Orationes Demosthenis: Olynthiacae, Philippicae, or. adv. Epist. Phil., Chers., Halonn., Pac., Androt., Timocr., Synt., Symm., Rhod., Megalop., Coron., fals. leg., Lept., Mid., Aristog., Aristocr., Neaer., Amator., Funebr., Epistola Philippi, in Conon., Callicl., Olympiod., Dionysiod., Aphob., Onetor., Pantaenet., Lacrit., Nausim. et Xenopith., in Phormionem, Zenothem., pro Phormione, in Apatur., Foeder. Alex., Coron. Trierarch., Macartat., Leochar., Böotum, Spud., Timoth., Nicostrat., Phaenipp., Polycl., Eubulid., Theocrin., Prooemia a decimo incipientia. Epistolae absunt. Scholia pleraque rubro scripta partim ab editis discrepant. Argumenta iis orationibus desunt, quae secundo Reiskianae volumine continentur. „Hic codex multas habet variantes communes cum Augustano I.“ Augerus Praef. p. XII. Vide Bekkeri Notitiam Codicum, qui accurate ordinem orationum recenset, quum Catalogus p. 574 eum indicem omiserit. Cf. Montefalc. Vol. II p. 729 Nro. 2188. p. 771 Nro. 17.

s. Parisiensis regius Codex MMCMXL. Idem qui Morelii α, de quo supra I p. 8. Adde inesse etiam Epistolam Philippi, id quod ostentat margo Editionis Morelianae, et Titulus quidam recentior indicat 17 orationes, teste Hauthalio, Catalogus 16 tantum recenset orationes.

t. Parisiensis regius (olim Tellerianus) Codex MMCMXCIV, membranaceus, formà quadratâ. Saeculi XI[i] (Augero XII[i]) esse videtur. Con-

tinentur: Libanii vita Demosthenis. Hujus Olynthiacae I—III, Philippicae reliquae omnes, Foed. Alex., Coron., fals. leg., Lept., Mid., Androt., omnes cum Argumentis. Epistolae.

u. Parisiensis Coislinianus Codex 324 (olim 108), chartaceus („bombycinus“ Montefalconio), in Folio, foliorum 239. Foliis 1—68 continentur aliorum scripta. Tum folio 69 aetas indicatur 1462, legitur enim ἐτελειώθη ἐγράφει τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰωάννου ἱερέως τοῦ ῥόσου ᾳ^ω υ^ω ξβ^ω μηνὸς νοεμβρίου κζ^η. De quo celeberrimo et elegantissimo Calligrapho vid. Montefalc. Palaeographiae p. 101. Ebert. de Mstis p. 103. Bandini Bibl. Laurent. Tom. III p. XIV. Cf. infra ubi de Laurentiano Plut. LIX codice XLVI nondum examinato. Demosthenis orationibus, quae inde ab hoc folio insunt, praemittuntur Menses Atheniensium comparati cum mensibus Romanorum. Deinde hic index contentorum: *Δημοσθένους βίος οὗ ἡ ἀρχή: Ἐπειδὴ κράτιστε. α') Ὀλυνθιακὸς α', οὗ ἡ ἀρχή: Ἀντὶ πολλῶν. β') Ὀλυνθιακὸς β', οὗ ἡ ἀρχή: Ἐπὶ πολλῶν. γ') Ὀλυνθιακὸς γ', οὗ ἡ ἀρχή: Οὐχὶ ταὐτὰ παρ. δ') κατὰ Φιλίππου α'. ε') κατὰ Φιλίππου β'. ϛ') κατὰ Φιλίππου γ'. ζ') κατὰ Φιλίππου δ'. η') ὁ περὶ εἰρήνης. ϑ') ὁ περὶ Ἁλοννήσου. ι') ὁ περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ. ια') ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας. ιβ') περὶ τοῦ στεφάνου. ιγ') κατ' Αἰσχίνου περὶ παραπρεσβείας.* Montefalc. Catal. Bibl. Coislinian. p. 445 sq. Ejusd. Bibl. Bibl. Vol. II p. 1064 Bekkeri Notitia Codicum.

v. Parisiensis Coislinianus Codex CCCXXXIX, membranaceus, in Folio, foliis 366 in duo volumina divisis, quorum alterum a folio 192 incipit. Manus Platonico Bekkeri *Γ* sive Coisliniano 155[o] similis; annus autem folio 342[o] verso indicatur 1450. Erravit igitur Augerus, qui prodidit Saeculum XIII. Continentur: Fol. 1 Olynthiaca I. Fol. 5 Olynth. II. Fol. 9 Olynth. III. Fol. 14 Philippicae reliquae omnes, etiam Halonn. et Chers., quae omissae sunt in Catalogo. Fol. 67 Synt. Fol. 72 Symm. Fol. 77 Rhod. Fol. 82 Megalop. Fol. 86 Foed. Alex. Fol. 90 Coron.

Fol. 135 fals. leg. Fol. 183 Lept. Fol. 205 Mid. Fol. 238 c. Androt. Fol. 249 Aristocr. Fol. 280 Timocr. Fol. 309 c. Aristog. I. Fol. 321 c. Aristog. II. Fol. 325 c. Neaer. Fol. 343 Amator. sine scriptoris nomine. Fol. 351 Prooemia secundum ordinem Aldinae, sine scriptoris nomine. Orationibus omnibus praeeunt Argumenta Libanii. Itaque orationes insunt eaedem, quae in *T*, sed absunt scholia. Bekkeri Notitia Codicum. Montefalc. Catal. Bibl. Coislin. p. 450. Ejusd. Bibl. Bibl. loc. cit.

Auctoritas horum Coislinianorum duorum, quorum alter negligentiâ typothetae supra I p. 3 lineâ paenultimâ in ordinando intercidit, eadem fere est et tertiae classi adscribenda. Cf. Engelhardt. loc. cit. p. 10.

De libro Buttmanni.

Berol. In Bibliotheca regia Berolinensi est Exemplar Aldinae, in cujus margine a vetusta manu variae lectiones scriptae sunt bonae. Eas jam cum Spaldingio Midianam edituro Buttmannus communicavit.

De libris Rüdigeri.

Parisina Thierschii. Fridericus Thierschius Parisiis auctione Editionem Morelianam emit, cujus margo ad Olynth. I—III, Phil. I et Pac. lectionis varietate duorum codicum instructus et signis *α β* distinctus est. Differunt codices hi manu annotati a codicibus, quorum varietas iisdem quidem notis, sed typis expressa in ora Parisinae apparet. *Parisina Thiersch. α* cum Σ consentit plerumque quidem, neque vero ita, ut inde in oram illius Editionis manasse videatur, aut certe negligenter descripta est. Cf. Olynth. III p. 36 §. 27, ubi Σ: τῶν νῦν, *Paris. Thiersch. α* cum vulgaribus libris τούτων. Olynth. I p. 16 §. 26, ubi Σ habet ἔτι, quod in illa abest, ut in vulgaribus. Haec exempla proposui Klinkmülleri causa, Praef.

p. VII sq. Eadem omittit ὦ ἄ. Ἀϑ. in Phil. I, quod habet *Σ. Parisina Thiersch. β* cum Ald. Tayl. i. e. cum Veneto Marciano 417 omnino convenit. Thierschius hanc editionem cum Rüdigero a. 1816 communicavit. Vid. Rüdigeri Praef. p. VII (p. VI), qui reliqua per literas nobis significavit.

De *Bodleiano* vid. supra I p. 14.

Goth. In Bibliotheca Gothana, chartaceus, Saeculi XV[i] exeuntis. Continentur: Gorgiae encomium Helenae. — Aeschinis in Ctes. et Tim. — Libanii vita Dem. — Dem. Olynth. I — III, Phil. I, Pac., Symm. — Phalaridis Epist. Non magnae auctoritatis. Rüdigeri Praef. p. VII sq.

Dresdensis Bibl. Regiae D. Nro. 11. Chartaceus, 58 foliorum in Fol. min., Saeculi XV exeuntis, Gothano vetustior. Continentur; Olynth. I — III, Philipp. I — IV, Pac., Halonn., Cherson., ad Phil. Epist., Synt., Symm., Megalop., Rhod., Foed. Alex., Phil. Epist. Vid. Ebert. Hist. Bibl. Dresd. p. 243. „Convenit Dresd. saepissime cum Aug. 1." Rüdigerus.

In ejusdem Rüdigeri usum Carolus Schaeferus ad Olynthiacas denuo exploravit Bavaricum (γ Rüdigeri), Augustanos 3, 2, et Augustani 1 Supplementum (δ, ε, ζ Rüdigeri), etiam Victorianum (η Rüdigeri). De Augustanis vid. supra, ubi de codicibus Reiskii, de Victoriano vid. infra, ubi de nostris. Praeterea idem vir doctus in ejusdem commodum contulit ex Augustano 6° (ϑ Rüdigeri), quem habuerat quidem Reiskius, sed non adhibuerat, Philippicam II[am].

Aug. 6. Olim Augustanus in Reiseri Catal. p. 84 et p. 86 Nro. 56. Nunc Monacensis Codex CCCCXC. Chartaceus, in 4[onis], titulis et Initialibus miniatis, literis minutis et nitidis, constat foliis 500, Saeculi XV[i] exeuntis. Varia continet, quae Hardtius recenset loc. cit. p. 71—142. Fol. 335 Demosthenis Olynth. I—III. Fol. 356 Phil. I. Fol. 367 de Pace. Fol. 371 Phil. II sine titulo. Praeter orationem de Pace omnes cum Argumentis. Reiskius contendit etiam Epistolam Philippi in eo codice in-

esse, tacens de Phil. II, quam solam ibi inveniri putaverat Rüdigerus, quia hujus solius orationis varietatem inde excerptam acceperat. In reliquis igitur orationibus nostra aetate codex nondum examinatus est. Sed olim „a multis collatus, quod diversae manus testantur, exaratus in Italia. Nescio an Pirkhaimeri quondam fuerit, quem suspicor ex illo codice primum Theophrasti Characteres (e foliis 285 sqq.) edidisse.“ Sunt verba Reiskii Praef. p. XCI.

De Codicibus Amersfoordtii.

Annotatione ad finem perductâ, missa est Amersfoordtio beneficio Hamakeri collatio duorum Codicum Leidensium, quae ad orationem de Symmoriis in fine commentariorum ejusdem orationis edita est, sed a nemine adhuc usurpata.

P. Perizonianorum Codicum Mstorum quadratae formae Nro. IV in Catalog. Bibl. Lugdun. p. 494. Amersfoordtius autem perhibet esse codicem formae 8vae. Chartaceus. In fine legitur: *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα Βίβλος ἐν ἔτει τῆς ἀπὸ χριστοῦ γεννήσεως α,υ'μζ* (1447) *κατὰ μῆνα μάρτιον*. Cetera sunt lectu difficiliora. Sequitur brevis disputatio de mensibus Graecorum; pauci etiam versus in laudem Demosthenis, atque nota Latine scripta indicans hunc codicem fuisse Antonii Scripandi ex Jani Parrhasii testamento. De quo Parrhasio Consenzae a. 1533 mortuo vid. Jöcher s. v. In initio haec adscripta sunt: *τῷ σῷ οἰκτρῷ δούλῳ, χριστὲ ἰησοῦ, πολλὰ μοιγήσαντι νικολάῳ τὴν σὴν ἀρωγὴν πλουσίως μεταδίδου*. Qui Nicolaus est fortasse Sacerdos. De eo et aliis vid. Montefalc. Palaeogr. p. 104 sq. Ebert. De Mstis p. 103. Continentur: Vita Demosthenis a vulgatis, ut videtur, discrepans. Index orationum 47 (quanquam 46 nominantur) hoc codice contentarum: Olynth. I, II, III, Phil. I, Pac., Symm., Synt., Megalop., Rhod., Phil. II, III, IV, adv.

Epist. Phil., Epist. Phil., Halonn., Androt., Coron., fals. leg., Lept., Amator., c. Phorm., Spud., Coron. Trierarch., Olympiod., Aphob. I, II (tertia non indicatur), Onet. I, II, Pantaenet., pro Phorm., c. Nausim. et Xenopith., Zenothem., Apatur., Funebr., c. Dionysiod., Conon., Aristog. I, II, Callicl., Boeot. de Nomine, Nicostrat., Eubulid., Mid., Aristocr., Timocr. — Lysiae Funebr. — Etiam earum, quae desiderantur, tabula exhibetur.

V. E Vulcanii legato Codex XXXIII p. 335 Catalogi modo citati. Attamen in Catalogo non dicitur eum quondam fuisse Vulcanii, cujus libri demum p. 343 inveniuntur. Sed celeberrimus Bonaventura eum Bibliothecae dono dedit Calendis Nov. a. 1587, quum pridie Bibliotheca libris instrui coepisset. Est chartaceus in Folio. „Aetas non admodum magna esse videtur.“ Continentur: Olynth. I, II, III, Phil. I, Pac., Phil. II, Halonn., Chers., Phil. III, IV, adv. Epist. Phil. (cum ea Epistola?), Synt., Symm., Rhod., Megalop., Cor., fals. leg., Lept., Mid. cum scholiis Ulpiani, cujus Praefatio desideratur et schólia in Phil. IV usque ad or. de Coron. Incipiunt autem rursus in orat. fals. leg., desinentia in p. 357, 22 R., quamquam in sequentibus vacuum spatium iis plerumque est relictum. Pauca etiam inedita scholia passim sunt adspersa. Adsunt praeterea Argumenta, sed e duplici Argumento in oratt. Coron. et fals. leg. alterum deest, alterum desinit in verbis *ἡ περὶ Θηβαίων καὶ Φωκέων* p. 340, 14 R. Secundum etiam Argumentum Midianae non pergit ultra p. 513, 28 R. in verbo *προσοχή*.

Hi codices quamvis novas lectiones, quae a Reiskiana Sylloge discrepent, vix exhibeant, eximiae tamen bonitatis speciem habere videbantur Amersfoordtio, inprimis Perizonianus, qui a perito librario descriptus et diligentis correctoris curam expertus est.

Vide Amersfoordtii Supplement. Annotationis ad Symmor. p. 107 sqq. Hoc Supplementum in Schaeferi Apparatu desideratur.

De Havniensi Dindorfii.

Guilielmus Dindorfius lectiones codicis Havniensis, qui inter regios numeratur 415 a. ad Olynthiacas duas, I^am et II^am, ab O. D. Blochio accepit, et Praef. ad Dem. p. II sq. juris publici fecit. Codex est e praestantioribus.

Schulnachrichten.

An die Stelle des im vorigen Jahre verstorbenen englischen Sprachlehrers Herrn Karl Will (s. Osterprogramm 1833 S. 13) wurde den 13. Sept. d. J. Herr Wilhelm Karl Ludwig Supf ernannt, nachdem er von Neujahr an bis zum Herbste mit gutem Erfolge in der erledigten Stelle vicarirt hatte. Er beschreibt sein Leben folgendermafsen:

„Am 28sten Mai 1803 wurde ich dahier geboren. Mein Vater war Georg Heinrich Supf, Kaufmann dahier, meine Mutter eine geborne Moors. Den ersten Unterricht empfing ich in der Musterschule, zur Universität wurde ich vorbereitet am hiesigen Gymnasium. Im Herbste 1822 bezog ich, für das Studium der Theologie mich entscheidend, die Universität Tübingen, welche ich nach einem einjährigen Aufenthalte mit dem zahlreich besuchten Berlin vertauschte. Schleiermacher, Neander, Böckh und Hegel waren dort meine Lehrer. Nachdem ich mich durch einen zweijährigen Unterricht dieser ausgezeichneten Männer und in den theologischen Seminarien der beiden ersteren zum Theologen herangebildet hatte, entschloss ich mich noch auf ein Jahr die französische Schweiz zu besuchen, theils um französische Literatur zu studiren, theils um den wissenschaftlich-theologischen und religiösen Zustand dieses von bedauernswürdigem Sektengeiste zerrissenen Landes in der Nähe kennen zu lernen. Lausanne und

Genf waren meine Aufenthaltsorte. Darauf in meine Vaterstadt zurückgekehrt, wurde ich abwechselnd mit dem Vicariat sowohl an den höheren als niederen Classen hiesigen Gymnasiums beehrt, übernahm dann eine Lehrerstelle am hiesigen Gutermannischen Institut, bis mir im Jahr 1828 die Stelle eines Erziehers zweier jungen Engländer zu Theil wurde, die ich für die Universität durch den Unterricht in den alten Sprachen vorbereitete, sie auf Reisen durch Deutschland, Italien, Frankreich und England begleitete und sie dann während zweier Jahre an den Universitäten Oxford und Edinburg in dem Studium der alten Classiker unterstützte. Musse und Gelegenheit ward mir daneben mich mit der englischen Literatur, meiner Lieblingslektüre, zu beschäftigen und mich mit der gelehrten sowohl als sogenannten schönen Literatur dieses von geistvollen Männern so reich ausgestatteten Landes vertraut zu machen. Vor etwa 15 Monaten in meine Vaterstadt zurückgekehrt wurde ich durch Beschluss Hohen Senats vom 13ten Sept. 1833 zum Lehrer der englischen Sprache am hiesigen Gymnasium ernannt."

Den 28. Januar 1834 starb der seit dem 22. Mai 1810 emeritirte Herr Professor Johann Daniel Meidinger, dessen früheres Leben s. Osterprogramm 1807 S. 8. Er wurde über 86 Jahre alt.

Mit innigem Danke erwähnt die Administration unserer Wittwen- und Waisenkasse die Geschenke, welche dieser zugekommen sind:

26. März 1833	Herr A. M. Fuld . .	3 fl. 30 kr.
29. April „	„ V. A.	2 „ 42 „
13. Mai „	Frau Bernus de Neufville .	22 „ — „
	Latus . .	28 fl. 12 kr.

	Transport . .	28 fl. 12 kr.
17. Aug. 1833	Gottespfennig von Herrn J. D. Sauerländer und Frau Prof. Fresenius	2 „ — „
5. Sept. „	Herr Fr. Ad. Völcker . .	2 „ 42 „
21. „ „	„ Salzinspector Fresenius .	2 „ 42 „
4. Oct. „	Frau W. Str.	5 „ 24 „
21. „ „	Herr H. A.	2 „ 42 „
— „ „	„ R. L.	2 „ 42 „
— „ „	„ K. Andreä . . .	2 „ 42 „
23. „ „	Frau W. W.	8 „ 6 „
1. Febr. 1834	Gottespfennig von den Herrn Ferd. Kellner und Prof. Herling .	5 „ 24 „
18. „ „	Desgleichen von den Herrn Maurermeister Kaysser und Prof. Herling	2 „ 42 „
		65 fl. 18 kr.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürgerrepräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jedes Standes und jedes Faches und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

Die Prüfung wird im Schullocale selbst zu der gewöhnlichen Unterrichtzeit von Montag den 17. März bis Freitag den 21. ej. gehalten werden.

Hochobrigkeitliche Anordnung der Progressionsfeierlichkeit.

Montag den 24. März Nachmittags 3 Uhr. Im Kaisersaale.

Eröffnungsrede des Rectors.

Hermann Finger I: Ueber die Gastfreundschaft der Alten.

Georg Jäger II: Ueber den Verfall des deutschen Reiches während des grossen Interregnums und seine Wiederherstellung durch Rudolph von Habsburg.

Versetzung VI — IV.

Hermann Zirndorfer II: Ueber die Eintracht.

Gustav Kirchner: De Pericle.

Versetzung III — I.